

Q. D. B. V. 46 Rostock 1704
LUTHERA-
NISMI DEFENSI

CONTRA
JOANN. SATTELSDORFF,

PAPISTAM LARVATUM,
DISPUTATIO PRIOR,

Quam,
DIVINO FRETUS AUXILIO,
CONSENTIENTE MAXIME REVERENDO THEOLO-
GORUM ORDINE,

SUB PRÆSIDIO
RECTORIS MAGNIFICI,

DN. JOHANNIS NICO-
LAI QVISTORPII,

S. S. THEOL. D. & PROF. PUBL. Ædis NICOL.
PASTORIS, ac REV. MINISTERII ROSTO-

CHIENSIS SUPERINTENDENTIS,
DOMINI PATRONI, PRÆCEPTORIS AC IN CHRI-

STO PATRIS ÆTATEM VENERANDI,

DIE V. MARTII, A. M. DCCIV.

HABENDAM,
PROPONIT
AUCTOR

IMMANUEL 

Colbergâ - Pomeranus.

Rostochii, Ære Joh. Weplingii, Sereniss. Princ. & Acad. Type

a 22

VIRO ILLUSTRÍ,
PER - MAGNÍFICO, GÉNEROSO, MA-
XÍMEQVE STRENUO,
DOMINO
DN. JOANNI ER-
NESTO SCHMIEDEN,
Sacrae Regiae Majestatis Polonicae BURG-
GRABIO, Inclutae Reipublicae Ge-
danensis PRÆ-CONSULI, PROTO-SCHO-
LARCHÆ, &c.
DOMINO, PATRONO ATq;
MÆCENATI SUMMO,

Hoc, quicquid est, Speciminis Academici, in
gratae mentis tesseram, non sine ardentissimo
prosperitatis summae voto, quam humillime
offert

Cliens devotissimus

IMMANUEL Kühn /
Colbergâ - Pomeranus.

(1.)
Q. D. B. V.
PRO O E M I U M.

Quæ verba Propheta Esaias Cap. LVII. v. 20. & 21. ex Spiritu S. afflatu protulit: *Impii (sunt) ut mare propulsum: Nam quiescere non poterit, & aqua ejus expellent carum & lutum: (Ita) nulla est pax, quæbit DEUS meus, improbis; seu, vertente Luthero: Die Gottlosen sind wie ein ungestüm Meer / das nicht still seyn kan / und seine Wellen Roth und Unsißig aufwerffen: Die Gottlosen haben nicht Friede / spricht mein Gott: Illa, si quibus aliis, Romanæ Doctoribus Ecclesiæ maxime applicari possent, credo, inficiabitur, qui vel in magna rerum nos inter & Pontificios hætenus gestarum ignorantia versatur, vel, quod in proverbio dicitur, *adversus solem ipsum logis non erubescit.* Manifestum ejus rei testimonium perhibent illorum Scripta. à Lutheri reformatione usque ad hæc, in quæ DEUS nos referavit, tempora, contra personam & doctrinam Lutheri, Lutheranorumque dogmatum genuinos Cultores edita, quorum tanta seges est, ut vel recensio-nem eorum navigula unius spatium non caperet. In hisce namque sedulam navarunt operam, ut criminum foedissimorum cœno nostros inungerent Doctores, doctrinæque nostræ, verbo divino conformi, Heresium, nescio quarum, sordes afflicarent. Quæquam vero jamdudum illa protrita penitusque projecta fuerunt à Nostratis; Quiescere tamen non potuit impotens Ecclesiæ nostram lacescendi pruritus; sed ad maris inquieti, quietis impatientis & cœnum sordesque subinde ejicientis similitudinem quam proxime semper accesserunt; siquidem omni tempore insurrexerunt aliqui, qui Scriptis publicis Evangelicæ veritati bellum indixerunt, novi afferentes nihil, sed crambem bisjimo vel centies eodam iterum iterumque apponentes. Quorum in numerum, referri omnino meretur *Anonymous*, qui aliquot abhinc annis chartam unam in lucem emittebat publicam, publiceque eam Gedani vendi, inque privatis adibus circumferri curabat, cui titulum fecerat: *Inhalt des Briefes eines Lutheraners an seinen Pastor: in cujus quidem clausula fidam Pastoris Lutheranæ Obiculam se vocabat; nihilo tamen minus pelle sub ovina lupinam mentem fovebat.* Detracta vero illa, & ad singulas in Epistola illa propositas quæstiones orthodoxe responsum fuit à *Pastore quodam Lutheranæ*, in Scripto, cui titulus: *Aufsichtig: Lutherische Antwort auff eine für Lutherisch mit Unwarheit ausgegebene Schrift / betitelt: Inhalt des Briefes eines Lutheraners an seinen Pastor: Womit der Brief Stiller kürzlich, doch gründlich abgefertiget werden sollen: von einem Bekenner der Evangelischen Wahrheit / dessen Wahl-Spruch auß 1. Joh. v. 4. 5. dieser ist: In Fide Ac Doctrina Christi Victoria Dandi Mea!* Sed nondum pax est improbis; nondum inquietum mare tumidos potuit componere fluctus. *Responsonem enim Lutheranam è vestigio secuta est Scheda, Mieravæ in Curlandia. si Diis Homericis placet! exclusa, titulum gerens sequentem: Segen: Red. Schisse wider die falsche Antwort M. Joannis Kahl, Pastoren bey St. Catharina in Danzig / in diesem laufenden Jahr / 1701. v. a. macti autem ejus Auctor, qui Johannis Satteldorffii nomen præ se fert, adver-**

(2)

sus *Responſionem Lutheranam* nihil ſolidi attulerit; ſed vel verba quædam perverſe intellecta & citata arrolerit, vel plane aliena tractaverit, vel obſoleta & jamdudum confutata inculpaverit; Nihil tamen ſecius, cum mihi, vi Legum Academicæ noſtræ, ſtudioſorum ſpecimen fit edendum, & Scriptum hocce Anti-Lutheranum in hac ſubſecuturaque Diſputatione Theologica diſquifiſioni quæ licunqve ſubjiciam, & contra illius *ἐγκλήματα* pro virium mearum tenuitate *Lutheraniſmum defendam*. Hoc vero commode fieri poſſe cenſeo, ſi Auctorem *Ἰωάννην* ſequar; ac univerſum opus *Sectionibus duabus* abſolvam, quarum prior Titulum *Epistolam*que, toti *Scripto Sattelsdorffiano* præmiſſam, examinet; poſterior autem *Capitibus quinque* conſtet, quorum I. agat de *Fide Lutheranæ*, II. de *Spe Lutheranæ*, III. de *Implicatione Legis*, IV. de *Sacramentis in genere*, & denique ſpeciatiim *V. de Sacramento Cæne Dominicæ*. Quamvis autem, prout jam dictum, Auctorem *Ἰωάννην* ſequi animus ſit, ita, ut *Defenſioni Lutheranismi* ipſa ejus verba integra præmittantur, quo oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcant; In ipſa tamen rerum tractatione ordini, ab ipſo obſervato me non adſtringam; ſed, quia confuſe poſita ſunt pleraque, ſingula in locum ſuum rejiciam. Totaſ quidem etiam in ea ſum ſententia, nomen *Sattelsdorffianam* proprium eſſe Chartarum harundem *Compilatori*, quam *Kahl*ii nomen *Auctori Reſponſionis Lutheranæ*; ſed utrumque in cerebro *Sattelsdorffiano* natum eſſe atq; effectum. Quia vero optat *EPHIPPIA*, -- optat *ARARE*, -- hinc in ipſiſ citatione conſtanter illud retinebo. *DEUS* vero, qui lucem è tenebris juſſit ſplendefcere. *ſplendorem quoque præbeat per lumen verbi ſui animo meo, ut per hanc quædam cumque operam lux oriatur cognitionis Chriſti in mentibus errantium.*
Amen.

SECTIO PRIOR,

Titulum & Epistolam, Sattelsdorffii Scripto præfixam, examinans.



S. I.

Titulus *Tractatus Sattelsdorffiano* præfixus, ſequens eſt: *Gegen Neb. Schiljuſe / wider die kahlle Antwort M. Joannis Kahl, Paſtorem bey Sr. Catharina in Danzig in dieſem lauſſenden Jahr/1701.*

S. II

S. 2. Si Titulum hunc rectè intelligo, promittit ille
Syllogismos Responsioni Lutherane obloquentes. Dignum patellâ operculum! Rubrum cum nigro ex asse concordans! In toto enim Scripto *obloquitur*; non respondet Papiſta: Tacere noluit; Confutare non potuit, omnem confutandi vim atqve nervum in eo positum esse censens, quòd Responsionè *innotis* Lutheranam *Calvam* appellet. Evidem diffidendum non est, calvas quæstiones, quales omnino fuerunt *Quæstiones Pseudo-Lutherani*, calvam meruisse responsionem: Verum quòd Pastoris Lutherani Responsio calva non fuerit, *ubi* & ingenua utriusque Scripti collatio unumquemque, præconceptis opinionibus culpandoque partium studio vacuum, edocebit. Et, si calva illa fuit, cur nonnulla saltem ejus verba, eaque truncata, allatravit? Cur non potius integram à capite usque ad calcem aggressus est, inque singulis ejus partibus calvitatem ut ita loquar) seu nuditatem detexit? Dicere certè non sufficit, sufficiens quòdque probatio nisi accesserit. Sed insigni oculorum (dicam an mentis?) glaucomate laborare videtur Sateldorffius, quo calva ipsi apparent omnia: Quod utrùm inde originem habeat, quia quondam inter calvos Fratres versatur, ipseque fortè calvus seu *conſuratus Cleovicus* est, (quo elogio Julianus Apostata à *Costero* mactatur, in *Libello Sodalitatis sive Christianis Institutionibus*, Lib. III. Cap. XXI, p. 254.) aliis judicandum committo. Non Responsionem tantùm *Lutheranam* calvam esse putat; sed ejus quòdque Auctori, pro suâ, quâ pollet, nomina fingendi potestate, *Johannis Kablii*, id est, *Calvi* nomen impoluit. Adeò in eum quadrant, quæ in *Præfatione Vladislai IV. Serenissimi quondam ac Potentissimi Poloniarum Regis, Actis Colloquii Iboroniensis præmissâ*, sequentibus verbis concepta leguntur: *Hæresis ipsa sibi fingit hostem, stramentitios exadificat exercitus, à nullo creditos, à nemine cogitatos delineat errores, superstitiones, blasphemias, idolomanias, & contra has somnatas acies molitur bellum, expedit arma, miscet prælia, & verò etiam victorias palmasque refert. Tum verò insultatur castris DEI viventis, canuntur victoria, & veniunt in mendacem triumphi gloriam, qui nec victi fuerunt, nec impugnati.* Cerebrum in calcaneo gererem, si persuaderi mi-

(4.)

hi paterer, *Johannem* illum *Kablium* aut ullibi terrarum, aut in *Civitate* *Gedanensi*, toto orbe celeberrimâ, ad *Edem*, *D. Catharinae* quondam *sacratam*, *Pastoris* munere *fungi*; sed *Pastor* hic aequè *notus*, *credo*, erit *Gedanum* incolentibus, ac *Johannes Sattelsdorffius* *Mietaviensibus*, uterqve, quod ad *nomen* spectat, non nisi in *Utopiâ* *inveniendus*. Cum *larvis* ergo *larvatus* pugnat *Auctor*, cum *pisto* *fictoque* *congregitur* *hoste*, & *Andabatarum* *more*, *aërem* *ferit*; non *hominem*.

S. 3. Epistola *Sattelsdorffiana* sequentis tenoris est: Ich bin schriftlich verständiger worden/ daß der Hr. Pastor sich unterwunden/ mir von meinen *Scrupeln* zu helfen/ und mich von denselben zu befreien. Für welche hohe *Gunst* ich mich ihm verpflichtet zu seyn erkenne/ und schuldigen *Dank* sage. Jedoch gesehen muß ich es/ daß/ indeme ich seine *Antwort*, mir *reiffem* *Verstande* erwogen/ mir meine *Scrupeln* sind vermehret und vergrößert worden. Dann er die *Knoden* meines *Gewissens*/ die er *aufflösen* sollte/ überhupfet/ oder aus *Unvermögen* zu andern *anweist*/ viel *Worte* machet/ wenig zur *Sache* redet/ und das *Göttliche* Wort *liederlich* *verdrehet* und *verfälschet*. Deron illen dann (der Hr. Pastor *verzeihe* es mir) habe ich dessen *Antwort* eine *Kahle* *intituli* et/ damit laue *feinem* *Nahmen* auch dessen *Lob* sey/ und *veranlasset* worden/ selbige meine *Scrupeln* mit einem *Deßjay* *Schlus*-*Weise* *zuentbinden* / fürzutragen/ Damit er nicht aus dem *Schrancken* tanze/ sondern *cathegoricè* ohn allen *Umschweiff* *affirmando*, *vel* *negando*, *vel* *distinguen*do, *aufflöse*. *Werde* *schuldig* *verbleiben* so *gehane* *Gunst* *zuerwidern*; und *überlene* ihm auch *ten* *andern* *Druck* *fürke* *eingezogen*. In *Mierau* 1701.

JOANNES SATTELSDORFF.

S. 4. In *Epistolâ* hâc *Sattelsdorffius* (1.) *Pastori* *Lutherano* *gratias* *agit*: (2.) In *ejus* *Responsionem* *calumniando* *invehitur*: (3.) *Tituli* *suqve* *instituti* *rationem* *exponit*, & (4.) *gratitudinem* *pro* *navatâ* *operâ* *promittit*.

S. 5. Quod ad *primum* attinet, *splendidum* *committit* *mendacium*. *Splendido* *enim* *verborum* *apparatu* *suam* *erga* *Pastorem* *Lutheranum* *gratitudinem* *declarat*; *re* *verò* *ipsâ* *est* *ingratus*. *Verè* *omnino* *gratitudinis* *est*, *acceptum* *agnoscere* *beneficium*, ac *Benefactori* *pro* *suo* *in* *nos* *favore* *descentes* *gratias* *persolvere*: Et quò majus

(8.)

major est, quod in nos collatum fuit, beneficium; eò major quoque grati animi esse debet declaratio: At verò tertius etiam & supremus graditudinis gradus nisi accedat, beneficiorum nempe retributio, si non opere; saltem animo: si non facultate; saltem voluntate, manca illa est atque mutila. *Qui enim gratus futurus est, statim dum accipit, de reddendo cogitat, iudice Seneca.* Quò magis ergo ingratitude notà dignus est, qui, tantum abest, ut de accepto beneficio reddendo cogitet, ut potius Evergetam eludat, in eum arma convertat, proque beneficio gratiam viperinam, maledicta, calumnias, aut ludibrium saltem persolvat? Talis verò ingratus cuculus est Sattelsdorffius. *Pastoris* quidem *Lutherani*, veram ex Verbo DEI salutis viam ipsi monstrantis; beneficium videri vult agnoscere, idemque verbis prædicat honorificis: At mellea hæc verba malitiæ veneno tincta sunt; In *Parte* enim *alterâ Epistolæ* non nisi contumeliarum virus in *Pastorem Lutheranum* evomit, scriptitans, cum in *Responsione* nodos conscientia suæ enodandos siccò, quod ajunt, pede transiisse: ex respondendi impotentia ipsum ad *Scriptores* alios amandasse: verborum satia, ad *rhombum* nihil protulisse: denique *divinum Verbum* profanè in *alienum sensum* desorisse ac depravasse. Quamquam verò hoc, quicquid est, cavillationum suâ sponte corrui: Ne tamen vel minimum habeat, de quo gloriatur maledicus Antagonista, singula, quorum *Pastor Lutheranus* acculatur, percurram, famamque hujus à falsis, quibus ab illo aspergitur, criminationibus vindicabo.

§. 6. Prima ergo Sattelsdorffii accusatio est: *Responsionis Lutherani Auctorem conscientia sua nodos non enodasse, sed siccò pede transiisse.* Ejus autem falsitas erit manifesta, si *Nodi*, seu *Quæstiones*, *Pastori Lutherano* antea propositæ, cum illarum *Enodatione* *Lutheraniquæ* *Pastoris Responsione* breviter fuerint repetitæ. Nimirum tres initio, quasi *Proœmii* loco, *Pseudo-Lutheranus* ille proposuerat quæstiones, quarum *primæ* hæc fuerat: *Num Interrogans* (qui aliquem aliquot mille thaleris vel florenis defraudasse fingebatur) *damnum restituere teneatur, nec ne, ut saluus fiat?* Pro affirmativâ adducebatur exemplum *Zachæi* *Luc. XIX. 8.* pronegativâ autem doctrina *Ecclesiæ nostræ: Tantum crede, & omnia tibi sunt remissa.* Ad *Quæstionem* hanc in *Responsione Lutherana* p. 2. & 3. resp. (1.) in genere: *Aliam quæstionem esse: An damnum rescari debeas?* quæ affirmanda, vi dicti *Psalmi*

XXXVII.

XXXVII. ii. aliam verò esse quæstionem; *An defraudator damnum restituere debeat, ut salvetur?* quæ neganda per Matth. XVI. 26. (2.) Speciatim ad exemplum Zachari: illum injuste ablata restituisse, non ut saluus fieret; sed ut fidei suæ veritatem demonstraret. (3.) Doctrinam nostram, de solâ Fide remissionem peccatorum accipiente, non intelligendam esse de remissione omnis generis debiti, etiam civilis; sed duntaxat de remissione omnis debiti spiritualis, nempe peccati. *Alterâ præliminaris Quæstio* hæc fuerat: *Num Interrogans* (qui fingebatur esse *rogatus*) uxores duas repudiare teneatur, nec ne? proque negativâ cum ad Gen. I. 23. tum ad impossibilitatem sextum nonumque Præceptum implendi provocabatur. Resp. pag. 3. ad Quæstionem ipsam, illam affirmando, per dicta Matth. XIX. 4. & Levit. XX. 10. ad rationes verò, pro negativâ prolatas: (1.) Multiplicationem humani generis injunctam esse à DEO in legitimo conjugio ventibus; non autem vagam & beluina[m] libidinem sectantibus. (2.) Impossibilitatem sextum & nonum Præcepta implendi non esse absolutam; sed respectivam. Tertiò denique quæsitum fuerat: *Num Interrogans*, (qui Pastori Lutherano centum florenos promississe fingebatur) *promisso stare debeat, nec ne?* & pro negativâ exemplum Lutheri, votum perpetuæ castitatis non servantis, adducebatur. Resp. pag. 3. & 4. negando quæsitum, si promissum illud doni alicujus spiritualis ergo factum esset, propter dictum Act. IIX. 20. affirmando autem, si propter beneficium aliud centum illos florenos promississet, argumento dicti Cohel V. 4. Ad exemplum verò Lutheri responsum datum fuit, illud esse impertinens, quia Lutheri votum malè fuerit susceptum: in malè autem promissis fidem esse rescindendam.

§. 7. Præmissâ sic præliminarium harum quæstionum trigâ, quinque de Fide propositæ fuerant, quarum prima sequentibus verbis concepta: *Welcher Glaub ist wahrhafter/der Lutherische/oder Calvinische/ oder Meinißische/ dann von keinem melde die h. Schrifft sie glauben an GOTT wie wir/und haben unsre Bibel.* Ad quam p. 5. resp. Unicum solummodò veram fidem esse, eamque in Ecclesiâ nostrâ Lutheranâ doceri: jactantiam Fidei in DEUM non esse argumentum veritatis fidei, quæ aliâs Judæis quòque & Turcis foret adscribenda: Non abusum; sed verum legitimumque Scripturæ S. usum veram religionem demonstrare. *Secunda Quæstio* hæc fuerat: *Warumb nennen*

nen wir uns Lutheraner? ob wol dieser Titel uns nicht mehr gefalle / wollen lieber Evangelisch heissen. Wäre es nicht besser von der ganzen Bibel sich Biblisch zu nennen? Wie lange nennet man uns Evangelische? Ist dieser Nahm auch in der Bibel? Ad quam p. 5. & 6. resp. Nos Lutheranos dici, quia caelestem doctrinam, operâ Lutheri â fermento Papæo purgatam, amplectimur: Nomen illud nemini *zyriaw* Lutheranos displicere; neq; tamen ab Evangelicorum aut Biblicorum titulo nos abhorre-
Tertia de Fide *Qvæstio* hisce verbis proposita fuerat: Vieleicht prangen wir mit dem Nahmen Evangelisch / weil wir Evangelisch leben? Aber **S**ou geflagt! unsre Lehr ist dem Heil. Evangelio ganz zuwider. Contrariari autem fingeatur doctrina nostra *Dictis* Christi. Matth. V. 29. & 30. Luc. VI. 129. XIV. 12. Matth. VI. 31. XIX. 21. & 291 *Contra* in Pontificiorum claustris tales reperiri dicebantur, quales in citatis *dictis* veri Christiani esse jubeantur. Resp. p. 7. & 8. (1.) concedendo, non omnes, titulo utentes Evangelicorum, Evangelio dignam vitam agere: Causam verò nequaquam esse Evangelicæ doctrinæ falsitatem; sed propriam ipsorum malitiam. (2.) Pontificiorum de divinâ Monachorum vitâ gloriationem nullius esse momenti; siquidem illa vitæ ratio, quia sub opinione cultus & meriti instituat, *Dictis* Ef. I. 12. Matth. XV. 9. & Act. IV. 12. sit adversa. *Ad Qvæstionem quartam*: Hat der Römische Käyser / König aus Spanien / und Frankreich / Ungarn / und Pohlen / auch einen guten Glauben? Wer weiß / ob sie nicht Lutheraner seyn? Resp. p. 9. Illud esse rem voti; non autem certæ cognitionis; De occultis verò non judicare Ecclesiam. *Qvæstio* deniq; *quinta* hujus tenoris fuerat: Was Glaubens waren die Kreuz-Herten? Nicht Lutheraner: dann **L**uther erstlich im Jahr 1520. antommen; Sie aber über 200. Jahr vor dem Kirchen und Klöster / Altâr und Bilder in Preussen auffgerichtet haben. Wo war damahlen der wahre Glaub / Schrift und Sacramenten? Resp. p. 9. & 10. Lutherum non demum Anno 1520. prodiisse; sed prius jam, nempe Anno 1517. Theses suas contra Tezelium publicasse: Fidem Christianam superstitioni Cruciferorum non esse alligatam: Lutheranismum ante Lutherum viguisse.

§. 8. A Fide ad Principium fidei, nempe *Scripturam Sacram*, Pseudo-Lutheranus progressus fuerat, deqve eâ *Qvæstionum* *quater*-*nionem* proposuerat, quarum *prima* hæc: Wo steht in der *S*. *S*chrift daß die Lutherische Bibel die warhaffte ist? dann auch die Papisten von ihrer

ihre dieses halten. Responsionis autem summa pag. 10. hæc fuit: Lutheranis non esse Biblia Scripturæ S. contradistincta; sed ea esse ipsum DEI verbum: Pontificiorum Biblia non esse ex omni parte veræ, multo ex capite. *secundò* quæsitum fuerat: Womit beweisen wir/ daß dieses Evangelium von Joanne / und nicht von Luca geschrieben? Sagen wir / die Kirch meine also / so halten wir uns nicht allein an der Bibel / sondern hören auch die Kirch. Resp. p. 10. & 11. Hoc vel illud Evangelium ab Amanuensi DEI esse consignatum, probari posse ex 2. Pet. I. 21. Utrùm verò præcisè à Joanne, nequaquam autem à Lucâ conscriptum illud fuerit? quætionem facti, non fidei esse, in quâ decidenda veræ omninò antiquitatis testimonio permulùm detegendum.

Quæstio tertia: Wo meldet die H. Schrift / daß kein Fasten sey. daß die Anrufung der Heiligen fruchtlos / und das Fasten vergeblich? triplici responsione p. 11. & 12. fuit soluta: (1.) Non-existentiæ purgatorii sacras literas implicite mentionem facere Marc. XVI. 16. aliisque in locis, de statu hominis post mortem agentibus. (2.) Invocationi Sanctorum Dicta contrariari Bl. LXIV. 16. Pl. XVI. 4. Jer. XVII. 5. (3.) Rejici à Lutheranis & Scripturâ S. jejunia Pharisaica & superstitiosa; non verò Christiana. Ad *Quætionem* denique *quartam:* Warum verwerffen wir die Epistel des H. Jacobi und die Bücher Tobie? Womit aber beweisen wir/ daß die Epistel des Heil. Pauli zur wahren Schrift gehören? Resp. pag. 13. & 14. (1.) In Ecclesiâ Lutheranâ de canonicâ Epistola Jacobi auctoritate neminem hodiè dubitare. (2.) Unum tantum esse Librum Tobie, eumque non canonicum; sed apocryphum. (3.) Plures Epistolas Paulinas esse unâ, earundemque nullam à Noltratribus reprobari.

S. 9. A. Verbo audibili ad Verbum visibile, quod sunt *Sacramenta*, Pastor Lutheranus cum Auditore Pseudo-Lutherano pedem movit, ac hujus quinque de Sacramentis Quætionibus pro virili satisfecit. *Quæstio prima:* An welchem Ort meldet die Heil. Schrift/ daß nur 2. Sacramenten seyn/ nemlich die Tauffe und das Abendmahl? Wäre nicht billiger die Ehe ein Sacrament zu nennen/ von welcher der H. Paulus sagt/ sie sey ein grosses Sacrament? Hanc accepit responsionem p. 14. 15. 16. Quod duo tantum sint Sacramenta. N. T. Baptismus & Cæna Domini, elucere ex 1. Joh. V. 6. 8. 1. Cor. XII. 13.

XII. 17. Matrimonium ex multis causis non esse Sacramentum N. T.
 Paulum Eph. V. 32. non loqui de matrimonio; sed de unione
 mysticâ: illamque vocare mysterium; non Sacramen-
 tum, quæ duo sint distinctissima. *Secunda Questio* ita fuerat
 formata: **Warumb tauffen wir die Kinder / indem Christus befohlen
 hat / man sol sie erstlich lehren / und hernach tauffen?** Sed resp. p. 16.
 17. 18. De Pædobaptismo inter nos & Pontificios nullam esse contro-
 versiam. Quamvis enim Bellarminus, sui ipsius oblitus, alicubi
 neget, illum in Scripturæ S. Codice præcipi: Alibi tamen ab ipso,
 nec non in Catechismo Romano, ex sacris literis prolixè eundem
 probari. Probari eundem debere ex Matth. XIX. 14. Joh. III. 5.
 Marc. X. 15. Act. II. 38. 39. Locum Matth. XXIX. 19. Pædobaptismo non
 esse contrarium. *Questio tertia* hæc fuerat: **Warumb wäscht ihr
 uns nicht die Füße, Herr Pastor, vor dem Abendmahl? Hat doch
 dieses Christus verordnet: Ihr sollet euch auch untereinander
 die Füße waschen.** Ja wir sollen zuvor essen / wie die Apostel ge-
 than / sonst irren wir. Resp. p. 19. & 20. Dictum Christi Joh. XIII.
 14. non præcisè injungere pedum lotionem; sed generatim præci-
 pere opera charitatis ac Christianæ humanitatis: Pedum lotionem
 non esse fidei articulum; Non omnes circumstantias, in primâ
 S. Coenæ institutione occurrentes, etiamnum esse observandas. Ad
Questionem quartam: **Warumb geben wir den sterbenden Kindern
 nicht das Abendmahl / indem Christus befohlen / einem jeden solches
 zu ertheilen? dann ohne dieses unmöglich ist ewig zu leben:** Resp. p. 20.
 Infantibus Sacram Eucharistiam ideo non esse administrandam, quòd
 probare se nequeant, quòd tamen necessariò à dignè eâ usuris requira-
 tur 1. Cor. XI. 28. Quòd Sacramentum Coenæ singulis sit præbendum,
 Christum nullibi præcepisse: Non esse simpliciter impossibile, sine S.
 Coenæ usu æternum vivere. *Questio deniq; quinta*: **Kan derselbe wol se-
 lig werden / welcher keinen Wein von Natur verträgt / und folgendes
 den Kelch des Herren nicht trincken mag? Genießt wir ein lebhaftes
 Leid in dem Abendmahl / oder einen toden Körper? Wir dunckt / es
 muß lebendig seyn / und die es genießen das ewige Leben haben / laut je-
 nem: Wer von diesem Brodt essen wird / der wird leben in E-
 wigkeit. Schauer / wo ist der Kelch geblichen?** p. 21. 22. 23. & 24. ita fuit
 soluta; (1.) Abstemium, naturali & invincibili vini averfatione la-

borantem, sine salutis suæ dispendio carere posse manducatione corporis & sanguinis Christi *sacramentali*; non autem *spirituali*. (2.) In S. Cœnâ vivum & vivificum; non autem emortuum Christi corpus accipi. (3.) Locum, ex Joh. VI. 11. citatum, non agere de manducatione *sacramentali*; sed *spirituali*. (4.) Calicem quoque in administratione S. Cœnæ distribuendum esse communicantibus omnibus. (5.) Concomitantiam Papalem esse absurdam. (6.) Πορνηρικὴ ψίχια, à Constantiensi Concilio introductam, à Tridentino verò confirmatam, in ipso Jure Canonico pro grandi haberi sacrilegio.

§. 10. Hactenus de *Credendis*; postea de *Agendis*, specia-
 im de *Cultu imaginum*, de *Oratione*, de *Diebus festis*, & de *Rebus consecratis*, dilceptatum fuerat. De *Cultu imaginum* Pseudo-Lutheranus *questiones quatuor* proposuerat, quarum *prima* hæc: Warumb verehren wir nicht die Bilder Christi und seiner Heiligen? da wir doch die Gemäldnisse der Vorfahren verehren? Resp. p. 24. Majorum imagines parùm decenter colere, stolidum; Christi verò & Sanctorum imagines religiosè venerari, idololatricum esse. *questio secunda* sequentis tenoris fuerat: Warumb mahlen wir auff dem Grabstein die Todten ab enkens vor einem Crucifix? indem wir bey Lebens-Zeit solche Andacht für Abgötterey halten? Geschicht dieses aus Andacht? so ist es auch an den Catholischen nicht zu tadeln. Resp. pag. 25. Ad Christi crucifixi imaginem preces ad DEUM fundere, non simpliciter à Nostratis rejici; nisi quando fiat idololatræ more Pontificiorum, religioso illam cultu afficientium. Defunctos verò ad imaginem Christi crucifixi flexis genibus depingere, illorum, fide in Christum crucifixum factæ, ἀναλυσως, signum esse. Ad *Questionem tertiam*: Ist derselbe straffwürdig/ welcher des Königs Bildniß verunehret? da es nur Farb und Leinwand ist? Ja freylich. Und warumb beschämet man nicht diejenigen/ so aus Catholischen Kirchen die Bilder verwerffen? Resp. p. 25. & 26. Questionem hanc immeritò nobis proponi, cùm tantum absit, ut ἐκνοουλαστῶν probemus, ut contrà suo jam tempore Lutherus ei se acerrimè opposuerit. *Questio denique quarta*: Warumb halten wir den Catholischen für äbel/ das sie geschmizte Bilder und der heiligen Gemäldnisse in ihren Kirchen

Kirchen haben? da Gott Mose selbst anbesohlen zwey güldene Cherubim zu machen. In was mehrs ist / so hat er gewolt / man sol den Schemel seiner Füße anbetthen / denn er ist heilig: sequenti responsione p. 26. & 27. decisa fuit: Non improbari, sed tolerari à Nostratibus in templis imagines; non autem imagines idololatricas. Dicto verò, ex Plal. XCIX. (seu XCIX.) s. citato, cultum imaginum nequicquam probari.

S. II. De Oratione lex compilata fuerant Quæstiones, quarum prima hæc: Warumb setzen wir zum Vater Unser: denn dein ist das Reich / die Krafft und Macht von Ewigkeit zu Ewigkeit? Wir dunckt/dieser Zusatz ist in der Bibel nicht. Ist es aber erlaubt der Schrift etwas anzufügen? Resp. p. 27. & 28. *Doctores*, quâ Oratio Dominica clauditur, (non quidem, quatenus à Pseudo-Lutherano recitatur; sed hanc: denn dein ist das Reich, und die Krafft und die Herrligkeit/in Ewigkeit;) reperiri Matth. VI. 13. nec Loco illi à Luthero additam, quia, testante ex ipsis Pontificiis *Vallâ & Erasmo*, in omnibus Græcis Codicibus inveniatur, & ab ipso Apostolo Paulo 2. Tim. IV. 18. ultimæ Orationis Dominicæ petitioni adjecta fuerit; sed in Vulgatâ Versione Latinâ detractam esse, contra Apoc. XXII. 19. *Questio secunda: Der Christliche Glaub: Ich glaub an GOTT* &c. ist eben in der Bibel nicht zu finden / wie sol ich dann nur der Bibel glauben? tametsi propriè non sit hujus loci; sequenti tamen responsione digna fuit habita p. 28. 29. Quòd ex *Catechismo Canisi* & *Thomâ Aquinate*, homini Pontificio; Lutherano verò, ex *Appendice Bibliorum Norimbergensium* constare queat, singulos Symboli Apostolici articulos, imò verba ferè singula, in sacris literis inveniri. *Questio tertia: Warumb stopffen wir Mund und Nasen zu in der Kirche? Die Catholischen lachen von uns/als stinckete unsre Andacht:* talem meruit responsionem p. 29. Illud, de quo Pseudo-Lutheranus in quæstione blaterat, vix fieri in ullo templo Nostratum. Quod si fiat, heri ab insipientibus nonnullis, quorum ridicula æstiones toti Ecclesiæ nostræ nullatenus imputandæ. Pontificiorum, non nostræ ceremonias Ecclesiæ ad movendum risum esse aptas;

nec nostra ; sed Pontificiorum sacra foetere, utpote frequenti thuris suffitu indigentia. *Quaestio quarta* haec fuerat : Warum stehen wir Bete / wann wir beten ? Hat nicht Knien Christus seinen himmelischen Vater im Garten angerufft ? Es wäre ja anständig / größere Ehr rchtung im Gottes-Hause zu erweisen / und nicht als die müden Ochsen auff den Bänden liegen. Resp. p. 30. Gestum situmque corporis in Oratione indifferentem esse atque liberum. Si namque ex verâ animi fiducia profuat Oratio, DE O gratamesse atque acceptam, sive stando, sive genua incurvando, sive humi aut etiam in lecto procumbendo perficiatur. Ad *Quaestionem quintam* : Zu welchem Ende lauet man bey uns den Todten ? Sie wissen ja nicht von uns / Warum geschehen Leich-Predige / es wird ja nichts in der Bibel daran gedacht / noch Christus hat jemahln dergleichen gethan ? Resp. p. 30. & 31. (1.) Etiam si mortui nullam eorum, quæ ipsis post mortem honoris ergo exhibentur, cognitionem habeant : nihilominus tamen eos cum campanæ pulsu, tum sermone sacro honorari, propter admonitionem Siracidis Cap. XXXII. 18. idque fieri non tam ipsorum, quam vivorum gratiâ. (2.) Nullam esse consequentiam : Cuius Scriptura nullam injicit mentionem, & quod Christus nunquam fecit, illud est improbandum. *Quaestio denique sexta* : Warum lauten sie bey uns dreymahl des Tages / indem dieses nur bey den Papisten eine Gewohnheit ist / die siehe Gottes-Behären in hiemit zu verehren ? Wir aber begrüßen sie nicht / ob schon dieses der Engel gethan : ita p. 31. & 32 fuit soluta : Ter apud nos pulsari campanam, ut homines ad preces excitentur, non ad Mariam, eam salutando ; sed ad solum DEum, eum verâ mentis fiducia invocando, dirigendas.

§. 12. *De Diebus festis* quinque prolatae fuerant quaestiones, quarum *prima* de Sabbatho sequentibus verbis consignata : Warum feyren wir nicht den Sabbath / gleich wie die Juden / von welchem die Bibel meldet ? den Sonntag aber zu heiligen wer hat verordnet ? Ist das nicht wider die Schrift gehandelt ? Resp. p. 32. & 33. Ecclesiam Christianam ex Christianâ libertate loco Sabbathi Judaici Christianum, Die Solis celebrandum, ordinâsse, ejusdemque Apoc. I. 10. non differentibus Pontificiorum haud postremis, mentionem fieri.

Quaestio

Questio secunda de Festo Lutheri formata fuerat: Wäre es nicht billig/dem Gottseligen Luther ein Fest anzustellen? Hat er solche Günst nicht verdient? Resp. p. 33. De eo, quod Lutheri Festum introduci queat, nemini *synodus* Lutherano ullum esse dubium. Imò in Saxonia illud quotannis celebrari: non eum in finem, ut Lutherus ipse superstitioso cultu afficiatur; sed ut partim pro beneficiis, per Lutherum Ecclesie collatis, gratiæ DEO agantur; partim ut idem pro conservandâ doctrinæ Evangelicæ puritate imploretur.

Questio tertia: Was Glaubens waren jene Heiligen/ deren Mahnen wir im Calendar lesen? und was hat sie heilig gemacht? Vielleicht weil sie ehlich gelebt/ die Fasten gebrochen/ und die Gebor Gottes nicht gehalten? quamvis identidem non nihil extra oleas vagetur; hoc tamen responsi accipit p. 33. & 34. Non omnes Sanctos Calendarios esse verè tales: Sanctos verè tales esse partim sanctitate alienâ, nempe Christi, fide imputatâ; partim sanctitate propriâ, inchoatâ: Sanctitati illi nequaquam obesse vitam conjugalem; Tales Sanctos haud violare ieiunia DEO accepta; nec conatum legem implendi deponere.

Questio quarta: Warum seyren wir den Joannis Tag/ hergegen des H. Lorenz Fest begehen wir nicht/ indem doch weder von diesem weder von jenem in der Bibel sieh? Wer hat die Fiertage eingesetzt? Sol man sie halten? Von Barnaba/ Luca und Marco haben wir in der Schrift/ und dennoch seyren wir nicht ihre Tage: ja das Jude Fest könnte man anstellen/ indem zu hoffen/ der Glaube habe ihn selig gemacht: hâc responsione fuit soluta p. 34. 35. & 36. (1.) Festa vel immediatè ab ipso DEO; vel ab Ecclesiâ Christianâ, & quidem progressu temporis alia atque alia, fuisse instituta. (2.) Institutioni hujusmodi non refragari pacis pulchrique ordinis amantes; verùm liberè ea celebrare. (3.) Celebrationem illam non propter religiosum cultum, Sanctis præstandum; sed propter alias pias causas, in antiquitate quòque observatas, suscipi. (4.) Hâc ratione ex libertate Christianâ Festum Joannis, & ubi consuetudo invaluit, etiam Laurentii, celebrari à Nostratibus: imò Barnabæ, Lucæ, Marci, quin & Judæ Festum posse institui, si Judas Thaddæus; non verò Ischariothes, intelligatur. Ad *Questionem quintam*: Verehren wir nicht hienit die Heiligen/ wenn

wir an ihren Tügen von der Arbeit uns enthalten / dem Gottes Dienst beywohnen gleichwie am Sonntag? Warumb thun wir dieses? Die Heiligen wissen ja nichts von uns? Resp. pag. 36. & 37. Nos colere Sanctos; verum non religiose: religioso vero cultu in diebus, ipsorum memoriae dicatis, non ipsos; sed DEUM prosequi.

§. 13. *De rebus denique consecratis modo unica* proposita fuerat *Quæstio*, hujus tenoris: Warumb treiben wir ein Gelächter aus der Catholischen geweihten Speisen / Kräutern? Haben wir nicht im Evangelio / daß alle / die den Saum des Kleides Christi anrührten / gesund wurden: eben auch welcher der erst in den Teig hinein stieg / der ward gesund. Mein Herr Pastor; woher hatte dieser Saum und dieses Wasser eine solche Macht zu heilen? Ist's auch nicht zu verwundern / daß der Schatten Petri und ein Schweigstuch des H. Pauli die Kranken gesund gemacht? ja die Knochen Elisei haben von den Todten erwecket. Resp. p. 30. quod argumentatio à fimbriâ vestimenti Christi, aquis lactis Bethesdae, umbrâ Petri, sudariis Pauli, ossibusque Elisei (ad quæ aliàs Bellarminus Lib. II. de Reliquiis & Imaginibus Sanctorum, cap. III. cultum reliquiarum probaturus, provocat,) sit à baculo ad angulum.

§. 14. Hiisce modò recensitis Quæstionibus septem aliæ varii generis, quasi coronidis vice, subjectæ fuerant, quas non incongruè *Miscellaneous* appellaveris, quarum prima hæc: Endlich kan ich dieses nicht begreifen I. Warumb in Preussen unsere Bischöffe nicht seyn zu rechten geistliche Händel? dann dieses Ampt den Weltlichen nicht gebühret. Dann wie zu lesen in der Apostel Geschicht / der H. Geist hat gesagt Bischöffe zu regieren die Kirche Gottes. Euch aber / Herr Pastor, gebietet der Herr Bürgermeister. Nicht also thun die Papisten / welche ihre Bischöffe und Erg-Priester haben laut der Schrift. Resp. p. 39. & 40. Controversias Ecclesiasticas in Borussia omninò ab Episcopis: sed non Papæis; verum Lutheranis, aliisque divini verbi Doctoribus, in Consistoriis & Ministeriis Ecclesiasticis, judicari. Falsissimum esse, quòd Jura Episcopalia nullâ planè ratione ad Seculares pertineant: Etiam Consuli, licita præcipienti, ad aram usque ab Ecclesiæ Ministro debitam obedientiam esse præstandam. *Quæstio*

(6.)

pio secunda: Warum scherzen und verlachen wir das keusche Leben welches der H. Paulus so hoch erhoben: Welcher sich nicht verheirathet/der thut besser. Uns dünket unmöglich keusch zu leben/bringt also Weib und Töchter in Verdacht. Im geringsten gefällt mir M. Luther Lehr / daß ein Weib eben wie das Brodt vonnöthen sey: ja wann die Frau nicht wil/ sol man sich der Magd gebrauchen: ita fuit soluta p. 40. 41. & 42. Falsissimum esse (1.) quòd vita casta ac pudica à nobis derideatur: (2.) quòd à Paulo 1. Cor. VII. 38. celibatus conjugio simpliciter præferatur: (3.) quòd citata verba Lutheri absolute & sine ullo respectu sint intelligenda. Ad *Questionem tertiam:* Warum straffer man die Uebelthäter / da nicht möglich ist das Geboth zu halten: Du sollt nicht stehlen. Zacharias und Elisabeth haben in allen Geböthen untadelich gelebt / und wir von G. Die verständigern können selbige nicht halten? da doch nach Aussage Joannis die Geböth G. Ottes nicht schwer sind: Resp. pag. 42. & 43. Impletionem legis non esse simpliciter impossibilem; sed ab enormibus actionibus externis, legi adversantibus, hominem abstinere posse; ac eò quæ iuste penam infligi tales designantibus: Zachariae & Elisabethæ vitam dici perfectam, quoad conatum & affectum; non verò quoad effectum; Præcepta Dei non esse gravia renatis, quoad impletionem inchoatam; non verò consummatam.

Questio quarta: Warum tadlen wir der Catholischen Fasten und öffenliche Processionen/ indem wir selbstem Beth-Tage anstellen und fasten/ sehr lächerlich den ganzen Tag hungern wir/ damit des Abends der Dämon schmecke? Was hilft uns das Fasten / da wir unserm Thun alles verlohren / und wir nur G. Ottes Zorn verdienen? p. 43. & 44. ita fuit decisa: Pontificiorum jejunia, quia divino præcepto destituta, & sub opinione cultus & meriti instituta, eorumque processiones, tanquam theatrales & pompaticas, meritò improbari à Nostratibus s. Nostra verò jejunia non in eum, quem Pseudo-Lutheranus excogitavit, finem observari; verum ut media essent, animù ad sacra ritè inchoanda, continuanda & finienda disponentia. *Quest. quinta:* Was haltet ihr vom Glauben/ den die Papisten in Indien und China führen? Warum fahren unsere Predicanten auch nicht dahin? Resp. p. 44. & 45. (1.) No-

titros

stros divini verbi Præcones idè in Indiã aut Chinã non migrarè; ad gentes illas convertendas, quia peculiari divinã vocatione, ad id operis maximè necessariã, destituantur. (2.) In doctrinã Pontificiorum, apud Indos & Chineses prædicatã, pretiosum à vili discernendum esse. (3.) Doctrinã etiã nostrã in Indiã non esse incognitam. (4.) Papistarum de gentiliũ conversione gloriationem esse frustraneã. *Questio sexta:* *Wu regieret ein Königreich / und dennoch hats seinen König; warumb sol denn kein Haupt in der Kirchen seyn / diaweil Wu selbige verwaltet?* hoc responso p. 45. fuit soluta: A regno mundano ad Ecclesiam non valere consequentiam. Qvòd qvòdlibet regnum regem suum habere debeat, in sacris literis doceri; doctrinã verò de capite Ecclesiæ visibili non solum esse *ἀνεργον*, verum etiã *ἀνεργον*. *Ultima* denique *Questio* hæc fuerat: *Endlich wer hat Euch zum Prebiger gemacht? Kein Bischoff / wie die Aposteln / sondern der Herr Burgermeister / der keine Wack! hat geistlich zu machen.* Resp. p. 46. Necessitatem ordinationis, ab Episcopo suscipiendæ, esse fictitiã, Jus vocandi Ministros Ecclesiæ totius Ecclesiæ, exercitium verò hujus juris vel Magistratui politico, vel aliis, quibus id omnium suffragiis concessum fuit, competere,

§. 15. Ex his, quæ eã, quã fieri potuit, brevitate repeti, perspicuum esse confido, futilem esse Sattelsdorffii accusationem, quòd Autor Responsonis Lutheranæ nodos enodandos minimè solverit, sed sicco pede transiliverit, cum nulla proposita fuerit quæstio, cui Autor ille non responderit; nullum quæstionis momentum, quod intactum reliquerit. Cavillatione hæc primã dilutã, reliquæ quidem ferè omnes uno quasi ictu conciduntur: Paucissimis tamen eas quòque sigillatim aggrediã, earumque falsitatem ostendam. Quando itaque in *secundã accusatione* Sattelsdorffius dicit, *Pastorem Lutheranum ipsum ex respondendi impotentiã ad Scriptores alios remisisse;* negandum quidem non est, Pastorem Lutheranum Antagonistam suum ad legendos Scriptores alios remisisse: Interim tamen, quæmodum remissio illa non in omnibus, sed in aliquot modò locis, nimirum pag. 9. 14. 17. 25. 38. 39. 42. & 46. contigit; Ita nequaquam ex respondendi impotentiã facta fuit, siquidem in paginis illis omni-

bus

bus sufficiens, ut *divina* docet, ad propositas quæstiones data fuit responsio. Eâdem facilitate *tertia* quodque eliditur *impulatio*, quod nimirum *Pastor ille Lutheranus verborum sacris, ad rem verò ipsam nihil attulerit*. Contrarium enim patet ex brevi Responsionum ejusdem delineatione; à §. 6. usque ad §. 14. superius suppeditatâ; & quamvis etiam interdum responsio paulò latius ducta, sic, ut præter responsionem ad adversarii quæstiones, nostræ quodque orthodoxæ probatio doctrinæ addita fuerit: Hoc ipso tamen Pastor Lutheranus à re ipsâ non deviauit, quippe cujus scopus fuit, non tantum Pseudo-Lutheranum confutare; verum etiam rudiores in doctrinæ nostræ veritate informare, informatosque confirmare. *Ultima* denique *crimatio*, quod in Responsione Lutheranâ *divinum verbum profanè in alienum sensum desertum ac depravatum fuerit*; horrenda quidem dictu audituque abominanda est: Quia verò nullum, quod tam impiè depravatum fuerit, Scripturæ S; oraculum adducitur; nisi unicum, de quo verò in *Secd. poster. Cap. 1.* ejusdemq; §. 7. agendi occasio erit; conscientix ipsius tam enormem accusationem committemus.

§. 16. Sic itaque Responsionis *synodus* Lutheranæ Auctore à Sattelsdorffii cavillationibus vindicato, nihil amplius obstat, quò minus ad ipsam Lutheranismi defensionem me accingam. Hæc verò in subsequenti Sectione eâ instituetur methodo, ut primùm, sicubi opus fuerit, *Lutheranismus*, seu doctrina Lutherana, à Sattelsdorffio impugnata, ex Libris Ecclesiarum nostrarum Symbolicis proponatur, propositaque exponatur: deinde *Argumenta Sattelsdorffii*, contra doctrinam Lutheranam prolata, ipsissimis ejus verbis adferantur: denique ipsa *Lutheranismi defensio* in Responsione ad Sattelsdorffii argumenta, vel *affirmando*, vel *negando*, vel *discutendo*, vel *limitando* data, subjiciatur. Pro labore hoc à Sattelsdorffio gratiam spero aut expecto nullam, tamen eam sub finem Epistolæ polliceatur; sed unice per Christum eum rogatum volo, velit DEO dare gloriam, Cimmericos suos terò agnoscere, ac deprecari errores, & in divinæ orbitam veritatis mature redire, quò aliquando veræ finem fidei, qui æterna salus est, per Christum consequatur.

C

SECTIO:

(18.)
SECTIONIS POSTERIORI.

CAP. I.

De

Fide Lutheranâ.

§. 1.

Duplici ratione *Fidem* seu doctrinam nostram *Lutheranam* debellare placuit *Sattelsdorffio*: primò quidem illud fidei nostræ caput *speciatim* aggrediendo, quod est *basilis & auxpòndis salutis nostræ*, in quo (verè non minus, quàm graviter asserente *Lutbero in Artic. Smalcald. p. 305.*) *sita sunt & consistunt omnia, quæ contra Papam, diabolum & universum mundum in vitâ nostrâ docemus, testamur & agimus*; illud nimirum dogma creditu maximè necessarium, quòd *sola fide in Christum Jesum justitiam, coram DEO valentem, & æternam salutem assequamur*: deinde verò doctrinam nostram *generatim* accusando, quòd *sit Hæretica, Christi Apostolorumque doctrina adversa, imò diabolica*. Cum ergo suprà jam in Proœmio promiserim, me *Auctorem* hunc in *Lutheranismi* defensione *katà nòdon* secuturum; hinc *fidem*, ibi datam, sanctè servaturus, primùm *specialiter* de hoc *Ecclesiæ nostræ* dogmate, quòd *sola Fides justificet*, eâ, quæ in *Sectionis prioris §. 16.* promissa fuit, methodo agam: tum verò doctrinam *Ecclesiæ nostræ*, *generaliter* spectatam, nullius *Hæreseos* ream, *CHRISTI* *Apostolorumque* doctrinæ haud inimicam, omnium verò minimè *diabolicam* esse, in *Capite* hoc demonstrabo.

§. 2. Quæ nostra sit de *Fide Fides*, *F. C. p. 183.* ita enunciat: *Unanimi consensu (ad normam verbi divini & sententiam Augustanæ Confessionis) in Ecclesiis nostris docetur, nos peccatores longè miserrimos solâ in Christum fide coram DEO justificari & salvari, ita, ut Christus solus nostra sit justitia.* Ne verò vocabulorum decipiamur æquivocationibus, observandum est, vocabulum *Fidei* diversas sustinere significationes. (1.) Sæpe enim *Articulos fidei* seu ipsam

psam fidei doctrinam, verbo DEI comprehensam, denotat, & alio nomine *Fides*, quæ creditur, seu *objectiva* vocatur, quo in sensu accipitur Rom. I. 5. Eph. IV. 5. 1. Tim. I. 19. Verùm hæc significatio hîc non attenditur; sed intelligimus *Fidem*, quæ creditur, seu *subjectivam*, quæ, adæquatè & totaliter spectata, tribus partibus, sive, ut alii loqui malunt, gradibus constat, videlicet Notitiâ, Assensu & Fiduciâ: id quod inter alia ex 1. Tim. I. 15. & 16. patet, ubi Paulus credens præditus est (1.) *Notitiâ*, quippe non ignorans, quod *Christus Jesus venerit in mundum, peccatores salvaturum*; (2.) *Assensu*, siquidem illud, quod de Christo sciebat, habebat pro *πιστῶ λόγῳ καὶ πίστις ἀποδοχῆς ἀξιῶ*, id est, prout Lutherus noster significanter expressit, *sûr gewisheit wahr / und ein theures werthes Wort*: (3.) *Fiduciâ*, utpote Christi meritum his in verbis individualiter sibi appropriate: *Quorum primus. EGO sum. Verùm id: miserus est MEI, ut in ME primo ostenderet Jesus Christus omnem clementiam, ut essem exemplar credituris in eum ad vitam æternam.* (II.) Cùm verò duæ priores Fidei partes, Notitia nimirum & Assensus, in impios etiam, quæ tales, Joh. III. 2. Justificationis incapaces, Prov. XVII. 15. imò in diabolos ipsos, ab omni spe salutis exclusos, Jac. II. 19. cadant, quo sensu *Fides Historica* solet appellari; sciendum, nobis in præsentia *de Fide justificante* & quidem *quæ tali sermonem esse*, quæ est, docente Gerbardo, *T. III. Locor. Theol. L. de Justif. §. 74. ex agnitâ divini verbi veritate per Spiritum S. divine gratie sive misericordie per Christum Redemptorem in promissione Evangelicâ fideiialis apprehensio ad vitam æternam.* (III.) Ex quo simul liquet, ab hæc, de quâ nunc loquimur, Fide longè diversissimam esse *Fidem miraculosam*, de quâ Christus agit Matth. XVII. 20. & Paulus I. Cor. XIII. 2. Differunt enim (1.) *Subiecto*, Fides namque miraculosa in impios quoque cadere potest. Matth. VII. 22. & 23. Sed *Fides illa, quæ accipit remissionem peccatorum in corde perterritæ & fugiente peccatum, non manet in hiis, qui obtemperant cupiditatibus, nec existit cum mortali peccato*, juxta *Apollog. A. C. p. 86.* Differunt (2.) *Objecto*. Fides enim miraculosa innititur promissioni speciali de futuro effectu extraordinario, e.g. montium translatione, Matth. XVII. 20. miraculosâ ægrotorum

fanatione &c. Marc. XVI. 17. 18. Fides autem justificans innititur promissionibus universalibus, de gratiâ DEI universali, Joh. III. 16. de merito Christi universali, 1. Joh. II. 2. 1. Tim. IV. 10. de remissione peccatorum, omnibus in Christum credentibus impertiendâ. Act. X. 43 &c. Differunt (3.) *Effectu*, Fides enim justificans justificat & salvat; quod de Fide miraculosâ non legimus. Differunt (4.) *duratione*. Fides enim justificans est temporum omnium, Act. XV. 11. Fides autem miraculosa, quæ passim tempore V. T. omnium verò maxime in Ecclesiâ Apostolicâ N. T. viguit, quemadmodum, Ecclesiâ Christi jam plantatâ & per universum terrarum orbem diffusâ, exspiravit: ita hodiè expectanda amplius non est Matth. XXIV. 2. 2. Thess. II. 9 (IV.) Solet etiam Fidei nomen inani persuasioni & jactantix fidei tribui, uti Jac. II. 14. 17. seqq. Hæc est Fides illa imaginaria, illud Fidei simulacrum, quod crepant hypocritæ & adorant, putantes, bona, solis verè constanterque fidelibus promissa, etiam ad se, veram poenitentiam non agentes, sed simulatam ostendentes, omniqve non fucato virtutum fide dignarum ornamento vacuos, pertinere. Verùm hæc non aliâ ratione Fidei nomen gerit, quam quâ homo pictus homo, & virgo deflorata virgo dicitur, id est, *improprie & abusive* ita appellatur. Nos autem hoc loco de Fide verâ & propriè sic distâ agimus, quæ, juxta Apolog. A. C. p. 109. *necessariò parit novos motus & opera*, & scribente Dannhausero Hodosoph. Phænomen. XI. p. 898. est *negotiosa, charitatis flammâ corusca, operibus fructuosa*: non quidem in actu; verumtamen in statu justificationis. (V.) Deniqve etiam distinguendum hoc loco est inter *Fidem Legalem & Evangelicam*, *Fides Legalis* est bonum opus, DEO in decalogo præceptum; estque vel *prima*, vel *secunda tabule*. *Fides*, quatenus est *Opus primæ Legis tabule*, est immota animi fiducia, DEO quâ tali, ejusque bonitati, sapientiæ, omnipotentix aliisque attributis innixa. *Fides* autem, quatenus est *opus secundæ tabule*, est virtus, per quam homo constanter & absque ullâ fraude cum altero pacta ei que promissa servat. Contrâ *Fides Evangelica* nullatenus est opus legale, quod pluribus demonstravi in Disputat. Theol. Gedani antehæc habitâ, de Problemate Theologico: *An Fides justificans sit B. O. S. VII. & IIX, p. 16. seqq.* & clarè doce-

docetur in Libris nostris Symbolicis : in *Apologiâ A. C. p. 67. Evangelium* -- *prædicat justitiam fidei in Christum, quam non docet Lex: in Catech. Maj. p. 303. ubi Lutherus asserit, Fidem longè aliam esse doctrinam, quàm sunt decem præcepta*: denique in *E. C. p. 714.* quæ de Evangelio, Legi immediatè opposito, tradit, *quòd solùm & propriè doceat ac jubeat in Christum credere*. Quemadmodum verò Fides hæc nihil cum Lege commercii habet : Ita è contrario unicè in Evangelio stricte sic dicto proponitur, & per illud, tanquam ordinarium à DEO ordinatum medium, in hominum animis accenditur, Rom. X. 16. & 17. Quando ergo solam Fidem justificare contendimus, minimè Fidem Legalem; sed Evangelicam intellectam volumus.

§. 3. *Justificationis* quoque vocabulum non in unâ semper eâdemque significatione usurpatur. Notat enim (1.) justitiæ divinæ agnitionem & celebrationem, Luc. VII. 29. (2.) vanam famæ de justitiâ captationem, Luc. X. 29. (3.) liberationem ab actu peccandi, Rom. VI. 7. (4.) Justitiæ aliunde ortæ per externa signa manifestationem, Jac. II. 21. (5.) pro actu judiciali accipitur, quo quis justus declaratur. Et in ultimâ hæc significatione semper in sacris adhibetur, quoties de reconciliatione peccatoris cum DEO agitur; ac in eâdem nobis etiam sumitur. *Justificare*, scribit *Apologia p. 125. hoc loco forensi consuetudine significat reum absolvere & pronunciare justum.* Nimirum Justificatio nobis non est *actus physicus*, qualis v. g. est, cum operâ balnearis ex aquâ frigidâ fit calida, per prioris formæ ablationem ac novæ infusionem; sed *actus moralis*, qualis est, cum ex reo fit solutus, & ex inimico amicus. Nec contraria Pontificiorum sententia ex derivatione vocis hujus elici potest. Nemo enim ignorat, quòd non videndum sit, quid hæc vel illa dictio vi derivationis suæ significare possit; sed quid vi usus, quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi, significare debeat. Admodum ergo infirma est consequentia: *Justificare dicitur à justus & Facio; Ergo significat aliquem intrinsecè & physicè justum facere*. Nam & nomen *Pontificiorum* descendit à Nomine *Pons* & Verbo *Facio*; neque tamen Pontificii pontium sunt fabricatores: nisi crederis, eos falsâ doctrinâ suâ pontem in Styge facere, ne animæ,

ad infernum properantes, cymbâ Charontis amplius indigeant. Paucis: *Justificatio nobis hoc loco est actus S. S. Trinitatis externus, judicialis, graciosus, quo hominem viatorem, à lege & diabolo accusatum, & à propriâ conscientia convictum, peccata sua ferè dolentem, à peccatis absolvit, propriam injustitiam ejus ei non imputando; justitiam verò Christi fide imputando, in gloriose gratie ac justitiae suae laudem, & justificati salutem.*

S. 4. Quando autem Justificatio hæc Fidei à nobis tribuitur, sententia nostra non est, quòd vis *justificæ Fidei competat in se, & quatenus est apprehensio & actus nosster, sive in se & in suâ naturâ, sive ex liberali DEI æstimatione seu acceptilatione dignitatem aliquam, sive parvam sive magnam habens; sed unice ex objecto justifico apprehenso: quæ sunt verba Kanigii in Theol. Posit. P. III. §. 550. p. m. 206. Idem docet Apologia Aug. Confess. pag. 70. Quoties, inquit, nos de Fide loquimur, intelligi volumus objectum, scilicet misericordiam promissam. Nam Fides non idèd justificat, aut salvat, quia ipsa sit opus per sese dignum; sed tantùm, quia accipit misericordiam promissam. Et p. 76. Adjiciemus igitur testimonia, quæ clarè pronunciant, quòd Fides sit ipsa justitia, quæ coram DEO justireputamur, videlicet, non quia sit opus per sese dignum; sed quia accipit promissionem.*

S. 5. Solam denique Fidem cum justificare dicimus, Propositionio illa: *Sola Fides justificat*, est quidem *exclusiva*, utpote signo exclusivo affecta, & quidem *exclusiva exclusi subjecti*, alia Subjecta à participatione ejusdem Prædicati excludens: non tamen pertinet ad Propositioniones *exclusivas absolutas*, in quibus alia Subjecta à participatione ejusdem Prædicati simpliciter & citra ullum respectum excluduntur; sed est *Propositio exclusiva comparata*, modò secundum quid & sub certo respectu intelligenda, de quâ Canon Logicorum valet: *Exclusiva non quoadvis excludit, sed quod est extraneum & alienum.* Quemadmodum ergo in hæc Propositione Salvatoris nostri: *Solus Pater est verus Deus*, Joh. XVII. 3. neque ipse Filius DEI, neque Spiritus S. fed tantùm creaturæ omnes atqve singulæ à Prædicato veri DEI excluduntur: Ita quoque in hæc Propositione Ecclesiæ nostræ: *Sola Fides justificat*, neque DEUS triunus, neque gratia Dei, neque meritum Christi, neque Verbum & Sacramenta, neque Ministerium

ferium Ecclesiasticum excluduntur. Largimur enim ambabus, quod dici solet, manibus, nos justificari à D E O triuno, Patre, Rom. IX. 3. Filio, Et LIII. 11. 1. Cor. VI. 11. & Spiritu S. I. Cor. VI. 11. tanquam *Causâ principali*: ex gratiâ DEI, Rom. III. 24. tanquam *Causâ impulsivâ internâ*: per meritum Christi, ibid., tanquam *Causam meritoriam*: Verbo Evangelii, Rom. III. 25. 26. & Sacramentis, Marc. XVI. 16. Matth. XXVI. 28. tanquam *Causâ organicâ à parte Dei*: denique etiam per Ministerium Ecclesiasticum, Matth. XIII. 18. Joh. XX. 23. tanquam *Causâ ministeriali*. Unicè verò à parte nostri Bona Opera excludimus, & contrâ soli Fidei, merito Christi innixæ, ratione objecti & correlati sui, Justificationem adscribimus. Sub Bonorum verò Operum conceptu cum *Apologiâ p. 85. complectimur simul utrumque, videlicet spirituales motus*, seu actiones internas, & *externa Bona Opera*, suntque ea nobis nihil aliud, quàm *actiones, quæ fiunt à justificatis, per vires, à Spiritu S. in renovatione gratiosè collatas, secundum præscriptum Legis moralis*, propter Deum, proximum, hominemque ipsum. Opera hæc excluduntur, non à statu; sed ab actu Justificationis. Invenit enim ex *Apologiâ p. 73. confitemur: Dilectio etiam & opera sequi Fidem debent, quare non sic excluduntur, ne sequantur, sed fiducia meriti, dilectionis, aut operum in justificatione excluditur. Excluduntur Opera ab actu justificationis, non solum quoad actum; verum etiam quoad potentiam: id quod Apologia A. C. perspicuè indicat; quoties potentiam bene secundum legem operandi post justificationem collocat. Ita nimirum pag. 121. & 122. scribit: Sic igitur docemus hominem justificari, ut supra diximus, cum conscientia territa predicatione penitentia erigitur, & credit, se habere DEUM placatum propter Christum. Hæc Fides impetratur pro justitiâ coram DEO, Rom. IV. Et cum hoc modo cor erigitur & vivificatur fide, concipit Spiritum S. qui renovat nos, ut legem facere Possimus, ut Possimus diligere DEUM, ut Possimus esse casti, diligere proximum &c.* Quibus in verbis talis observatur ordo, ut primo loco ponatur *Conversio*, deinde *Fides*, postea *actus Justificationis*, tum *acceptio Spiritus S. hinc renovatio activa Spiritus S. & post hanc denique potentia secundum legem bene operandi. Addi quoque meretur, p. 66. 67. 72. 113.*

§. 6. Hanc

§. 6. Hanc doctrinam nostram, ipsis Librorum nostrorum Symbolicorum verbis propositam, ex iisdemque uberius expositam, Antagonista nolter sequenti aggreditur ariete: Wann die Rechtfertigung des Menschen / nebens dem Glauben / in Göttlicher Schrift / wird zugemessen anderen Tugenden so macht der Glaub allein nicht selig. Als aber in Göttlicher Schrift wird die Rechtfertigung nebens dem Glauben zugemessen anderen Tugenden / als der Liebe M. MAGDALENÆ Luc. VII. 47. der Barmherzigkeit und Wiedergebung in Zachæo Luc. 19. der Reu und Leid in Davide, 2. Reg. 12. und in dem offenen Sünden Luc. 18. (in subsequentiibus addit etiam exemplum Cornelii ex Act. X. 4.) Ergo macht der Glaub allein nicht selig. Der Voratz ist klar: Dann allein und nicht allein sind Contradictoria. Der Nachsatz ist der ewigen Wahrheit. Ergo. Ad Argumentum verò hoc resp. negando Antecedens. Exempla, pro probando illo prolata, planè sunt ἀπεροδιόγου. Quod enim (I.) ad magnam illam peccatricem Luc. VII. 47. attinet, ejus dilectioni remissio peccatorum, seu, quod idem est, Justificatio non adscribitur. In verbis enim illis Salvatoris nostri: *Multa peccata ei sunt remissa, quia dilexit multum*; particula ὅτι non est ἀιθοδογικὴ seu causalis; sed συμμογικὴ seu illativa. Non indicatur illa Causa remissionis strictè sic dicta: Hanc enim v. 40. exhibet, ubi Christus inquit: *Fides Tua salvam te fecit*; sed indicat medium terminum, quò probatur præcedens Propositio: *Multa peccata ei sunt remissa* qui desumptus est, non à Causa, à; sed à signol & effectu remissionis peccatorum: quæ adeò non à prioris; sed à posteriori hic describitur. Agnoscent hoc ex ipsis Pontificiis non infimæ notæ Doctores: Didacus, Stella, Enarrat. in Lucam T. I. p. 221. b. Salmero apud Glass. Lib. III. Philol. S. cræq. VII. can. XVII. p. m. 822. nec non Tolerus apud Corn. à Lapide, Comment. in b. l. p. 107. b. Quem admodum igitur rectè dico: *Sol ortus est, quia dies est: Iste vivit, quia respirat: Homo est, quia ridet; neq;* tamen exinde concludere licet: Ergo dies est Causa ortus solis. Ergo respiratio est causa vitæ: Ergo risus est causa humanitatis: Ita ex his verbis Christi: *Remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum*; nihil minùs elici potest, quàm hoc: Ergo Dilectio est causa remissionis peccatorum (II.) In Exemplo Zachæi, ex Luc. XIX. petito, minùs adhuc roboris est. Nam (1) in

Loco hoc non agitur de ipso actu misericordiae & restitutionis injuste acqvisitorum; (Barmherzigkeit und Wiebergebung) sed promissum tantum & propositum harum virutum, in posterum exercendum, (suffragante *Cornel. à Lapide l. c. p. 211. b. & 212. a.*) describitur v. 8. (2.) Tametsi verò propositum etiam hoc omnino bonum opus sit: Illi tamen Zachaei talus nequaquam adscribitur; (quod *Sattelsdorffius* putat, in subsequētib; scribens; *Hat es gehöffen sum Heyl Zachæo! &c.*) sed Christo, à Zachæo ex verâ fide de-fiderato, v. 3. & verâ fide, indeque resultante gaudio suscepto, v. 6. Postquam enim Christus dixerat: *Hodie salus domui huic facta est, v. 9.* causam hujus salutis v. 10. ita enunciat: *Veni enim Filius hominis operere & saluum facere, quod perierat.* (3.) Christus non de solo Zachæo; sed de totâ ejus domo, id est, de omnibus eius domesticis, qui *Heri sui exemplo & imitatione*, (uti familia *Reguli* illius *Joh. IV. 53.*) in Christum ceciderunt, penituerunt, justificati & sanctificati sunt, (prouti haud in congruè judicat *Cornel. à Lapide l. c. p. 211. b.*) affirmat, salutem illi obtigisse. Tota verò familia Zachaei non promittit liberalitatem in pauperes & restitutionem malè antea partorum; sed solus Zachæus, v. 8. Quomodo ergo salutem, quâ universi in domo Zachaei participes facti sunt, solus Zachæus Bonis Operibus suis consecutus fuisset? (III.) Ad Exemplum *Davidis* ex 2. Reg. (potius 2. Sam.) XII. citatum, quod spectat, describitur in citato loco, non quidem *Davidis* contritio; sed potius ex contritione orta peccatorum confessio, eidemque statim formula absolutionis, à Propheta *Nathan* usurpata, subjicitur v. 13. Tantum verò abest, ut in loco illo absolutio à peccatis contritioni, tanquam Causæ tribuatur, ut potius unice gratiæ & misericordiae divinae, Christi; merito, & per consequens soli Fidei, gratiæ DEI & merito Christi unice innixæ, adscribatur. Alius modò Scripturæ Locus, in quo ea, quæ in hoc Capite concisius dicta sunt, fusiùs proponuntur, in subsidium vocetur, & res erit clara. Talis est *Psalms LI.* loco citato *Samuelis* verè parallelus, quippe qui hâc inscriptione gaudet: *Psalms Davidis, cum venisset ad Eum Nathan Propheta, postquam congressus fuisset cum Bathseba.* In hoc quidem etiam Contritionem suam declarat *David*, peccata sua, tam actualia, v. 5. & 6.

D

quam

quàm originale, vers. 7. continens: Nequaquam verò eidem Justificationem suam tribuit; sed eam potius assignat DEO, ejusque gratiæ & misericordiæ, v. 3. & 4. Christi que merito, fide apprehensio, v. 9. Expiatio m.; inquit, *byssopo, ut mundus sim; abluo me, ut prae nive albescam.* In his quippe verbis ad asperionem, aquâ cineribus vaccæ rufæ mixtâ, super cadavere inquinatos, juxta legem DEI Num. XIX. factam, respicitur, id quod Chaldaeus Interpres, *Glassio Lib. V. Philol. S. Trad. l. c. XIII. p. m. 1358.* citatus, testatur, versiculum hunc ita *παράφραζων: Asperge super me, sicut sacerdos, qui aspergit byssopo super immundum aquas asperionis ex cinere vaccæ; pluribus autem demonstratur à Theod. Dassovio, in Diss. de Lustrat. Hebr. W. eteb. Anno 1699. habitâ, S. XVII. se 99.* Aquam verò hanc expiatoriam typum fuisse sanguinis Christi, pro peccatis totius mundi in temporis plenitudine effundendi, & asperionem, aquâ illâ in V. T. peractam, spiritualement nostram, quæ sit Fide, sanguinem Christi apprehendente, Act. XV. 9. mundationem præfigurâse, id Interpres omni exceptione major, ipse nimirum Spiritus S. Hebr. IX. 13. & 14. nos edocuit. (IV.) Ad Exemplum Publicani (qui nescio quo in Dictionario der offene Sûnder vocetur, cum hætenus dictio illa Latina einen Zöllner significaverit) re/p. (1.) Concedo, Luc. XIX. describi publicani contritionem: non à prioribus sed tantum à posteriori, nimirum ab externis signis, quæ sunt: *Statio à longinquo, oculorum depressio, pectoris percussio, & peccatorum confessio, v. 13.* Solam verò ejus contritionem proponi, nego. Nam Fides quoque, in Christi merito recumbens, ibidem sistitur, si non explicitè; tamen implicitè, in Græcis vocabulis: *ἰλασῆτί μου* Expiator mihi; quippe in quibus Sacrificia V. T. expiatoria in memoriam sibi revocabat, & beneficia, illis adumbrata, individualiter sibi applicabat, approprians sibi Christum, qui est *ἰλασμός*, *expiatio pro totius mundi peccatis*, 1. Joh. II. 2. quem proposuit DEUS, ut esset *ἰλαστήριον*, *propitiatorium per fidem in sanguine suo*, Rom. III. 25. quem DEUS *mise ἰλασµὸν*, *propitiationem pro peccatis nostris*, 1. Joh. IV. 10. (2.) Largior etiam, Justificationem magni hujus peccatoris hoc loco v. 14. prædicari; Causam verò ejus contritionem aut opus aliquod nominari, hoc est, quod nego

nego. (3.) Locus hic Pontificiorum doctrinæ potius est adversus. Phariseus enim, operibus benè multis instructus, non iustificatus; Publicanus autem, solâ Fide Christi meritum recipiens, peccatorum remissionem adipiscitur. (V.) Ex *Exemplo Cornelii*, in verbis subsequentibus, mox proferendis, ex Act. X. 4. adductis, nihil etiam concludere licet. Quæ enim, quæso, consequentia? *Angelus Domini dicit ad Cornelium: Preces tuæ & elemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in DEI conspectu; Ergo non solâ Fides, sed, opera quoque iustificans? Ubinam Iustificationis vel verbo fit mentio? Num fortè ascendere in memoriam coram DEO idem est, quod iustificare? Nugæ! sed quemadmodum hæc de DEO uar' ἀποκρίσιν dicuntur: ita sensus horum verborum simplicissimus hic est, quod preces & elemosynæ Cornelii, ex verâ fide (utpote sine quâ DEO placere nemo potest, Hebr. XI. 6.) profectæ, ita DEO placeant, ut hinc singulari quâdam ac extraordinariâ gratiâ gratiosè eundem dignari decreverit.*

S. 7. Profligato primo Argumento, ad ea me conferam, quæ illi quasi loco superpondiî appenduntur. Ita enim pergit Sarelsdorffius: Was antwortet ihr darzu? Erstens saget ihrl. 2. Es mag zur Seeligkeit nichts helfen / wenn einer gleich sein Haab und Gut dar-gebe: und weiset auff den Text Matth. 16. v. 26. Was nuhet es dem Menschen / wenn er gleich die ganze Welt gewinne. Mein Herr Pastor, wie reimet sich dieser Spruch zu der Sack? so viel, als die Sackpfeiffe auff die Langel. Es saget ja Christus klar: Es nuhet nicht begütere seyn auff der Welt (dann das heisset ja, die Welt gewinnen) und seine Seel beschädigen; Wie mögt ihr dann diesen Spruch so fälschlich / ja lästerlich dolmetschen / und ansehen, als ob es nicht helffe seine Güter den Armen / oder zu Christi Ehr ausspänden? Ist es denn eins bey euch / gewinnen und ausspänden? Welche Mutter hat ihr Kind so gelehret reden? Oder ist es im Zachâo eins gewesen / viel gewinnen / und den Armen gegeben? Das erste hat in ihm jedermann verdammet / das andere Christus selbst gelobet. Im fall ihr Stinlos seyet / so schämet sich die Welt vor eurer lästerlichen Anziehung dieses Spruchs. Dann / hat es geholffen zum Heyl Zachâo / hat es geholffen

geholfen dem Hauptmann in Caesarea / wie zu lesen Act. 10. 41. war-
um sol es nicht mir / und andern helfen? Aber ich meine / daß wann
ihr weitle Capitel in der Schrift leset / es bedeute so viel / als quot capita,
tot sensus, es sey euch sey die Schrift anzuziehen per conlequens,
oder bey dem Schwanz / es sey gehauen oder gestochen / wann die
Schrift nur wird angezogen / so ist es schon das reine Wort & Dites:
So hat es der Satan auch mit Christo gemacht.

§ 8. In hisce singulis retellendis non occupabor, sed ea tantum,
quæ responsione digna videntur, quam moderatissime confutabo.
Tria verò, si inutiles demas rhetoricationes, alicujus momenti
sunt: primum de *Loci Matth. XVI. 26 citatione*: alterum de *Za-
chei & Corneliu. salvatione*: tertium de *Lutheranorum scriptura S.
allegatione*. Secundum jam discussum in § 6, n. II. & V. primum
ergo & ultimum restant perpendenda. Quando itaque, *Loci Matth.
XVI. 26. citationem* in Responsione Lutherana falso, blasphemè,
imò diabolicè factam esse, scripturar Sattelsdorffius, ingens
quidem & detestandum objicit crimen, profanationem nimirum
Divini Nominis, eamque non exiguam, sed enormem maxi-
mè, & ad quam pia merito aures exhorrescunt omnes; quæ
si invidiis argumentis de Pastore Lutheranorum probaretur, nec per
calumniam illi affingeretur, severam DEI comminationem, Præcep-
to secundo annexam, certò & merito incurreret: *Non habebit
in sortem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini DEI frustra.*
Exod. XX. 7. Verùm quam turpiter Papista hic, talia objectando,
Præcepti octavi immemor fuerit, ex sequentibus dispalescet. Ni-
mirum Anonymus ille, cuius superius mentionem fecimus, Pfeu-
do-Lutheranus, tuæ ad Pastorem Lutheranorum Epistolæ hoc initium
fecerat: Herr Pastor. Da ich so oft euch predigen höre / daß der
Glaube all in ohne gute Werke uns selig mache / und daß man an
der Bibel allein sich halten sol; So hab ich unterschiedlich mahl
daran gezweifelt / sonderlich weiß ich auff etlich tausend einen betrogen
hab. Sol ich ihm den Schaden ersetzen / oder nicht / daß ich selig
werde? His in Responsione Lutherana p. 2. ita responsum fuit:
Und wie? Leget er doch selbst bald an den Laden / wie tieferlich ein
Zweifel sey / wann dessen Ursache diese seyn sol / daß er einen auff
etliche

etliche Tausend betrogen habe. Mit einem solchen Betrüger und bösen Menschen aber möchte man billig Schen tragen sich ferner einzulassen. Doch/ weil er noch erbittig/ den Schaden zu ersetzen/ so ers zu thun sit u. dig/ so mag es zwar zur Seeligkeit nichts helfen/ wann jemand gleich alle seine Haabe und Gut/ und/ wann es auch aller Welt Reichthum wäre/ hergeben könnte und wolte/ Matth. XVI. 26. *Judicet ex his, cui vel mica salis est, uter frontem perfricaverit, num Auctor Responsonis Lutheranae, an verò Sattelsdorffius? Neminem non ex his, quæ jam fuerunt adducta, satis perspicere credo, Dictum Matth. XVI. 26. in Responsonis illâ citatum quidem esse; verùm in citatione non respici ad verba à Sattelsdorffio prolata: Was hülffs dem Menschen/ so er die ganze Welt gewinne/ und nehme doch Schaden an seiner Seele? sed ad ea, quæ mox in eodem verlu sequuntur: Was kan der Mensch geben/ damit er seine Seele wieder löse? id quod inspectio verborum ipsorum perspicue docet. Doch/ weil er noch erbittig &c. so mag es zwar zur Seeligkeit nichts helfen/ (nonne hoc idem est, quod: Seine Seel. lösen?) wann jemand gleich alle seine Haabe und Gut/ und wann es auch aller Welt Reichthum wäre/ hergeben könnte/ (Verba hæc majori typo expressa, expressè ex illo Dicto sunt desumpta: Was kan der Mensch geben?) und wolte. Et sic citatum Dictum probat etiam, quod probandum fuit. Interrogaverat enim Pseudo-Lutheranus: *Num pfe, qui a aliquem aliquot mille thaleris vel florenis emunxerit, injustè acqvisita restituere tenetur, nec ne, ut salvus fiat?* Ad quod, cum esset Fallacia plurium interrogatorum, distinetè fuit responsum, affirmando nimirum, quòd teneatur ad restitutionem; negando autem, quòd restitutione illâ salvari queat, quia vi Dicti Matth. XVI. 26. nihil ex facultatibus terrenis dare possit homo, ad animam suam ex inferno liberandam. Ejusdem futuris sunt, quæ Doctoribus Lutheranis universim omnibus his in verbis affinguntur: *Aber ich meine/ daß/ wann ihr welche Capittel in der Schrift selet/ es bedeute so viel/ als quot capita, tot sensus; es sey euch frey die Schrift anzuziehen per consequens, oder bey dem Schwang/ es sey gehauen oder gestochen/ wann**

die Schrift nur wird angezogen / so ist es schon das reine Wort Gottes :
 So hat es der Satan auch mit Christo gemachet. Quamquam enim non
 negandum, in explicatione Scripturæ S. diversas Lutheranos quan-
 doq; esse sententias : Diversitatem tamen illam tantam esse, ut tritum
 illud : *Quot capita, tot sensus*, locum apud nos inveniat, nunquam
 probabitur. Conveniunt Doctores *γυνώσκοντες* Lutherani in interpre-
 tatione Dictorum Scripturæ, quæ de Fide & moribus Christiano dignis
 agunt; tamen si sententiarum discrepantia quandoque occurrat in
ἐγγύστε Dictorum difficiliorum, e.g. Prophetarum, Historicorum,
 Genealogicorum, Onomasticorum, aliorumque ad Criticam
 pertinentium, ubi Apostoli observant monitum : *Omnia probate, &*
quæ bona sunt retinete. 1. Thess. V. 21. Neque etiam inficari licet,
 Scripturam S. à Nostratibus nonnunquam *per consequens* adduci.
 Non enim omnia creditu factuque necessaria in Scripturâ S. propo-
 sita sunt *formaliter*, & ipsis terminis, ut loquuntur, terminantibus;
 sed vel *formaliter*, vel *consequenter*. Qvòd verò, aliquid ex Scri-
 pturâ S. per consequens probare, idem sit, ac *in caudâ* vel *diabólico*
more eam citare, ad Calendas Græcas demonstrabitur. Caveat sibi
 Sattelsdorffius, ne, hæc affirmando, blasphemix crimen, cujus su-
 præ Pastorem Lutheranum innocenter accusavit, ipse incurrat. Num
 enim nescit, Christum quoque Scripturam V. T. per consequens
 adduxisse, Matth. XXII. 31. 32. Num ignorat, Spiritum S. per Apo-
 stolos loquentem, idem fecisse, Act. X. 43. XXVI. 22. XXIX. 23. A-
 dedone rerum rudis est, ut eum fugiat, in eâ ipsâ; cujus propugna-
 torem agere conatur, Ecclesiâ talem sacras literas citandi rationem
 capiti pariter atque membris maximè esse consuetam? Evolvat mo-
 dò *Glassii Philol. S. Lib. II. P. I. Tract. II. Sect. III. Art. VI. p. 300. seqq.*
 & ipsi scripturarias suorum depravationes legenti, fidei suæ socius,
 Polydorus *Ve-gilius*, ibidem p. 301. citatus, hæc veluti in aurem susur-
 rabit : *Vide, non secus illi aliquoties detorqueunt sacras literas, quò vo-
 lunt, ac sutores sordidas solent dentibus extendere pelles.*

S. 9. Quæ nunc sequuntur, si non ignorantiam, certe sapi-
 unt malitiam. Zum zweyten / pergit Sattelsdorffius, schreibs ihv /
 Der seinen Nächsten betreuget / oder das gestohlene nicht
 vergelt /

vergelt / der gehöre in die Roff der Verdantten zu
 Recht gefaget. Ergo machet der Glaub allein nicht fertig / sondern er-
 fordert auch die Gerechtigkeit und Wiederstattung. Ergo der gerecht
 ist / und gibt einem jeden / was das feine / erretet seine Seel aus der
 Hölle. Contrariorum enim eadem est ratio. Ergo wieder-
 strebt ihr euch selbst. Ergo hilft der Glaub allein nichts. Male hic
 cum Responsione Lutherana Auctor personatus agit. Hac enim
 p. 2. verba habet sequentia: Wer aber borge / wie vielmehr / wer sei-
 nen Nächsten muthwillig betruget / und nicht bezahlet / oder das gestoh-
 ne wiedergibt / der bezeuget eben damit / daß er in der Gott-
 losen Rolle gehöre / nach Psalm XXXVII. 21. Sattelsdorffius
 autem ait: Zum zweyten schreibt ihr. Der seinen Nächsten be-
 trugt / oder das gestohlene nicht vergelt / der gehöre in die
 Rolle der Verdantten. Ille loquitur de signo & testimonio
 impietatis; Hic verò de impietatis pœnâ, nempe damnatione: Illa
 de impiorum; Hic de damnatorum catalogo. Num verò voces:
 Impii & Dammati, sunt termini convertibiles? Nequaquam, Omnes
 quidem damnati sunt impii; sed non omnes impii sunt damnati.
 Impii, vitâ hâc adhuc fruentes, vivunt adhuc in tempore gratiæ;
 damnatis verò omnibus fores divini gratiæ jam sunt præclusæ: Illi
 adhuc habent spem salutis, si convertantur, Ezech. XXX II. 11. & 19.
 & credant. Rom. IV. 5. Hi verò ab omni spe salutis æternum sunt ex-
 clusi. Matth. XXV. 41. 46. Marc. IX. 44. 46. 48. Apoc. XX. 10.
 Omnes itaque, quæ ex his concessi in non concessis obtorto veluti col-
 lo extruduntur consequentiæ, in fumum atque ventrum abeunt. Po-
 namus autem, verba Responsionis Lutherana bonâ fide à Sattels-
 dorffio adducta esse; nihil tamen valet deducta ex iis consequentiæ:
*Qui proximum suum decipit, nec furto ablata restituit, ad damnato-
 rum numerum pertinet. Ergo non sola Fides salvat, sed salvant etiam opè-
 ra, nimirum justitia & restitutio furto ablatorum. Nam perinde est,
 ac si quis ita argumentaretur: Quicumque ingratus spiritaliorem;
 nec amplius respicit, ad defunctorum numerum pertinet: Ergo non sola
 anima est causa vitæ naturalis, sed gratius quoque corporis odor & res-
 piratio. Certè quemadmodum à conditione subiecti non oris natu-
 ralis ad ipsam causam vitæ naturalis; ita quoque à conditione subje-*
 Cui

Et mortis aeternae, quae aeterna damnatio est, ad ipsam Causam vitae aeternae, non valet sequela. Fulcire quidem conatur vacillantem suam consequentiam hoc Axiomate: *Contrariorum eadem est ratio*; Sed fulcrum hoc longè est miserrimum. Stante enim hoc Axiomate, quod non absurda sponte enascuntur? Si contrariorum eadem est ratio, sequitur, ignem pariter atque aquam humectare; hominem non minùs ac brutum rationis esse expertem; Petrum & asinum ad lyram esse aptum &c. Sed dicere forsitan voluit: *Contrariorum contraria est ratio*; verùm nec sic aliquid obtinet. Valet enim Canon ille de *Contrariis perfectè talibus*; non autem de illis, quae imperfectè sibi invicem opponuntur. Inter bona verò & mala opera non est omnimoda oppositio. Opponuntur sibi *sub respectu ad normam*, nempe Legem DEI, cui bona opera sunt conformia, mala autem difformia; non verò *sub respectu ad effectum* cuius intuitu saepe utrinque eadem, non autem contraria est ratio. Ita experientia docet, homines tam bonis, quam malis operibus honoris apicem ascendere, & servi non minùs propter benefacta, quam propter malefacta plagas accipere possunt, 1. Pet. II. 20. III. 17. ubi effectus idem est, Causae verò sunt diversae & contrariae. Adde, quòd nec sub respectu ad normam bona & mala opera perfectè opponantur. Mala enim opera, quae licet etiam sint, quia à normâ divinae legis perfectè recedunt, Jac. II. 10. sunt perfectè mala; Bona autem opera sunt imperfectè bona, quia divinae legi in hac vitae imperfectio- ne perfectè nunquam congruunt.

S. 10. Adhuc unum restat dictionum, quo in doctrinam nostram de Fide justificante sequentibus verbis invehitur Sattelsdorfus: *Ihr sagt drittens: Kein Prædicant lehret also: Glaube nur / und alles ist vergeben. Etwas redet ihr? Schämet ihr euch Luthers Lehr / daß der Mensch durch den Glauben allein gerechtfertiget werde? Oder wie ist einer gerecht durch den Glauben allein / und doch ist ihm vermittelt desselben nicht alles vergeben? Ergo wird ihm alles vergeben (denn das ist gerecht seyn) und nicht alles vergeben. Ergo contradictoria apud vos sunt vera. Lehret ihr dann eines / wie ihr euch beruffet auff Luthers Lehr; so must ihr auch das andere; oder widerspänstige Lehr muß bey euch wahr seyn.* Hic iterum malitiam

litiam suam prodit Sattelsdorffius, utpote malâ fide Pastoris Lutherani verba adducens. Hic enim p. 3. Doctores Lutheranos *Pastores Evangelicos* vocat, non autem *Predicantes*, quod nomen Sattelsdorffius substituit, more Pontificiis jam dudum consveto, qui Ecclesiæ nostræ Doctores per contemptum ita nominant; haud perpendentes, contemptum illum recidere in Christum ipsum, de quo in Vulgatâ Bibliorum Versione, ipsis authenticâ, legimus: *Jesus erat PRÆDICANS*, Marc. I. 39. in ipsos Apostolos, inter quos Paulus se *Predicatore*m appellat, 1. Tim. II. 7. 2. Tim. I. ii. in ipsos fidei suæ socios, inter quos non tantum peculiaris *Ordo Predicatorum* est; sed omnes etiam Clerici, verba pro concione facientes, *Predicantes* nuncupantur, quod patet ex *Philippi Dicit, Summâ Predicantium*, quippe qui liber varias sacras materias, per titulos dispositas, continet, conscriptus in usum, non Lutheranorum, sed Pontificiorum Concionatorum. Deinde ad cavillationem, quod in Ecclesiâ Lutheranâ doceatur: *Tantum crede, & omnia sunt remissa*, in Responsione Lutheranâ rectè fuit responsum, doctrinam nostram de Fide, unice remissionem peccatorum accipiente, ad remissionem debitorum civilium nequaquam esse extendendam: Verum quid ad hæc Sattelsdorffius? *Er was redet ihr? Schämet ihr euch Lutheri Lehr/ daß der Mensch durch den Glauben allein gerechtfertiget werde?* Quasi verò idem esset, justificari, & debitorum civilium remissionem impetrare. Justificatio, prouti hoc loco sumitur, peragitur in foro poli; Debitorum verò civilium remissio in foro soli: Illa coram DEO; Hæc coram hominibus: In illâ remissionem debitorum spiritualium, non verò civilium, consequimur, ad quæ solvenda justificati, ad fidei & justificationis suæ veritatem declarandam, omnino sunt obstricti; In hæc verò debitor civilis ab ære alieno, quod creditori debet, liberatur. Docemus ergo: *Solâ Fide omnia remitti*, et: *Solâ Fide non omnia remitti*; sed absque verâ contradictione. Nam diversitas, quæ hic adest, respectus veram tollit contradictionem, Solâ enim Fide omnia remitti docemus *coram DEO*; non autem remitti *coram hominibus*; remitti omnia *debita spiritualia*; non remitti *debita civilia*.

E

§. II. Ha-

§. II. Hactenus doctrina ipsa Lutherana; quod sola Fides iustificet, oppugnata quidem, non autem expugnata fuit: Nunc probationem doctrinae nostrae, quae inter alia ex Rom. III. 28. desumi solet, sequenti argumento aggreditur Sattelsdorffus: Welcher Glaub sich gründet auff einen falschen und ewiglichen Spruch: Der Glaub allein macht selig / welcher weder in dem Ewangelischen / noch Griechischen zu finden; sondern ist beygestiftet von Luther dem Text S. Pauli Rom. 3. v. 29. (v. 28.) und hierauff pochet und rohet er der ganzen Welt / Tom. 5. am 316. Blat über das Käyserliche Edict mit diesen Worten: So sage ich D. Martin Luther / unseres Herren unwürdiger Evangelist / daß diesen Articul / der Glaub allein / ohn alle Werck / macht gerecht vor GOTT / sol lassen stehen und bleiben der Römische Käyser / Pabst &c. Ergo ist es ein Boden-loser Glaub. Sage nicht / so muß man es verstehen; dann das ist Luthers Einbildung / nicht die lehre des H. Geistes; sondern eures Kopffes. Weiset mich auch nicht auff den Text Rom. III. 28. Gal. II. 16. Eph. II. 8. 9. Dann allda finde ich nirgends das Wort Sola Allein. Ergo verbleibet auch dieser Schluß unwiederreiblich / daß der Luthersche Glaub ein boden-loser falscher Glaub sey. Ich gestehe es gern / daß der Glaub ein Grund sey der Seeligkeit / aber dieses stehet mir allein zu beweisen / daß er allein selige. Eure Auflegung nehme ich nicht an / beweiset mir klar das Wort Sola allein. In Argumento, verbis hisce proposito, iterum negatur Minor Propositio. Doctrina enim nostra, quod sola Fides iustificet, non uni; sed pluribus, iisque non falsis; sed verissimis, nec talibus, ex quibus Fides nostra demonstrari nequeat; sed talibus, ex quibus illa maximè sit demonstrabilis, Scripturæ S. oraculis innitur. Innitur (I.) Dicto. Rom. III. 28. *Arbitramur, hominem iustificari Fide, absque operibus legis.* Quo in loco tamen particula exclusiva: *Sola*, non habeatur explicitè, seu quoad sonum; adest tamen implicitè, seu quoad sensum. Opponuntur enim Fides & opera legis, & Fidei Iustificatio adscribitur; Opera autem ab eâ per particulam Græcam *χωρίς* profus

sus removentur. Nonne verò sensu eadem sunt Propositiones
 istæ: *Fides justificat*; *Opera autem planè non justificant*, &: *Sola*
Fides justificat? Posito enim uno Oppositorum, necessariò re-
 moveretur alterum, sive exclusivum signum adfit, sive absit.
 Quidsi ergo Christus textui Deut. VII. 13. *Dominum DEUM tuum*
adorabis, & illi servies, nihil alluit, voculam *Solus* addendo: *Do-*
minum DEUM tuum adorabis, & illi SOLI servies, Matth. IV. 10.
 Si Versio Latina Vulgata textui Deut. XII. 32. *Quod ego præci-*
pio tibi, hoc TANTUM facio: nihil alluit, adverbium exclu-
 dendì: *Tantum*, quod in Hebræo textu non extat, adjiciendo:
 Si denique LXX. Interpretes textui Genes. III. 11. nihil allue-
 runt, voculam exclusivam *μόνος* addendo: *Cur comedisti de ligno,*
de quo præceptum tibi, τῆς μόνης, ex hoc SOLO non comedes? Lu-
 therus textui Rom. III. 28. assuisse aliquid perperam dicitur, quia
 ei eadem, quæ Christo, quæ Vulgatæ, quæ LXX. Interpretibus,
 particulam exclusivam adjiciendi causa fuit: nec nudè translato-
 rem Codicis sacri; sed accuratum simul Interpretem egit, qui non
 solum indolem lingvæ originalis; sed & ejus, in quam vertenda
 erat Scripturâ S. lingvæ genium accuratè observavit. Hinc non
 immeritò versioni huic suæ firmiter insistit, in eademque tuendâ
 adversariis suis, eam cavillantibus, acriter insultat *Tom. V. Jen.*
Germ. ad quem si in nonnullorum Lutheri verborum citatione
 respexit Sattelsdorffius, folium Tomi, vel ex supinâ negligentia,
 vel datâ operâ, falsò citavit, siquidem verba illa non f. 316. sed f.
 298. a. inveniuntur, nec ibi vindicatio textus Rom. III. 28.
 habetur, quæ f. 139.-- f. 145. conspicitur; sed de doctrinâ ipsâ,
 quod sola *Fides justificet*, agitur. Idem dogma nostrum inniti-
 tur. (II.) Dicto Rom. IV. 5. *Non operanti, sed credenti in-*
in eum, qui justificat impium, Fides sua imputatur ad justitiam.
 Quid in loco hoc particula exclusiva lateat, pro eo eadem, quæ
 pro præcedenti Scripturæ S. oraculo, ratio militat, quia nempe &
 hoc in loco immediata adest oppositio, inter *operantem*, id est,
 bona opera facientem, & inter *Credentem*, id est, immortâ mentis
 fiduciâ meritum Christi recipientem; quorum illi Justificatio
 (quæ

(quæ ab actu suo formali positivo, *imputatione fidei*, seu meriti Christi, fide apprehensi, describitur) denegatur; *huic* verò eadem expresse assignatur. Agnovit hoc Interpres Syrus; hinc vocabulo: *Credenti*, exclusivam: *Tantum*, in Græco haud prostantem, disertè addidit. Ita quoque locum hunc ex veteribus intellexit *Primasius*, Episcopus Africanus, Seculo VI. clarus, cuius in Epistolas Pauli & Apocalypsin lucubrationes *non contemnenda Commentaria* vocat *Bellarminus Lib. de Script. Eccles.* In citata enim verba Apostoli ita commentatur: *Impium per SOLAM fidem justificat*, (DEUS) *non per opera, quæ non habuit.* Assertio nostra innititur (III) Dicto Gal. II. 16. *Scientes, non justificari hominem ex operibus legi, eam enim, nisi (vel: Sed) per fidem Jesu Christi.* Quo in loco quidem iterum non habetur ipsa vox *Sola*; interim tamen *eam enim* idem planè valet: id quod patet (1.) ex Versione Bibliorum Germanicorum, à Johanne Eccio, acerrimo Ecclesiæ Romanæ propugnatore, adorata, qui in locis ferè omnibus, ubi *eam enim* occurrit, Germanicè *allein* transtulit: (2.) ex Bibliis Germanicis, Norimbergæ Anno 1483. excusis, in quibus *eam enim* in hoc ipso loco Gal. II. 16. redditur per: *Nur* quod idem esse, ac: *Allein* / nemo Germanicæ lingvæ peritus inficiabitur. Taceo (3.) Biblia Italica, Venetiis impressa, ad quæ, uti & ad superiora, provocat *Dieter. in Institut. Catechet. Nor. ad Opus. XII. de Justis. p. m. 173.* Doctrina hæc nostra innititur (IV.) Dicto *Eph. II. 3. 9. Gratia salvati estis, per fidem, & hoc non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, ne quis gloriatur.* In quibus verbis, sicuti in jam adductis, Fides & Opera opponuntur, & Fidei justificatio adscribitur, Opera verò ab eâ planè excluduntur. Ex præse enim scribit Apostolus: *Salvati estis per fidem, & non ex operibus.* Etiam si ergo & in hoc loco vocem *Sola* non invenias *κατὰ τὸ πᾶν* eam tamen *κατὰ τὴν ἀνάγκην* adesse, res ipsa loquitur, quia remoto uno oppositorum, necesse est alterum exclusivè poni. Plura quidem Dicta, idem sole clarius probantia, cumulari possent, nisi illis, quæ adducta fuerunt hæcenus, tanta inest vis ac perspicuitas, ut *Sattelsdorffius*, iis convictus, confite-

confiteri cogatur, *Fidem esse fundamentum*, seu, ut *Concil. Trident. Sess. VI. cap. 8.* cum Concilio verò hoc *Bellarmin. Lib. I. de Justif. cap. XIII.* & qui omnia hęc ex Bellarmino desumpsit, *Mart. Kreyßel / Jesuita*, in *der Friedsamten Erforschung der Wahrheit / p. 9.* & *10. initium*, *originem* & *primam radicem humanæ salutis atque justificationis*. Verum & hæc opinio probanda non est, siquidem Fidei non solum initium, sed etiam complementum salutis nostræ tribuitur. Nam *Fide* non modò *accessum habemus ad divinam gratiam*; sed & *in eâ stamus*, *Rom. V. 2. in Fide* non solum sumus *fundati*; verum etiam *stabiles*, *Coloss. I. 32.* & per eam *finem* quoq; nempe *vitam eternam, consequimur*, *Joh. III. 16. i. Pet. I. 9.*

§. 12. *Speciatim* hæcenus Sattelsdorffius doctrinam Lutheranam, quòd *sola Fides iustificet*, impugnare annisus fuit: Nunc generatim eam adoritur, & quidem, quod supra jam §. 11. dictum, tanquam *Hereticam*, tanquam *Christi Apostolorumque doctrinam adversam*, imò veluti *diabolicam*: Illud in *Syllogismo III. IV. & V.* Illud in *Syllogismo VII.* & ultimo primi hujus Capitis probare allaborat. De singulis verò sigillatim nobis erit agendum.

§. 13. Hæreses dicam non heri demum aut hodiè, sed jam tempore exhibitæ Augustanæ Confessionis doctrinæ nostræ scribere cœperunt Pontificii, quod ex ipsâ *A. C. p. 19.* ejusque *Apologia p. 249. & 278.* elucet. Nec destiterunt postea eadem eructare Filii Patrum illorum in malitiâ haud degeneres. Nam *Bellarminus Lib. IV. de Notis Eccles. Cap. IX.* sedecim nobis affinxit Hæreses. *Leonhardus Lessius, Lutheranam Religionem diversarum Hæresium*, (quarum decem numerat) *colluviem* esse scriptavit, *Simon Schreinerus* communionem Lutheranis tribuit cum *Novatianis, Pelagianis, Donatistis, Wicleffistis, Hussitis, Anabaptistis, Manicheis, Waldensibus, Vigilantio, Piccardis, Arianis, Macedonianis, Eunomianis, Eurychianis, Armenianis, Paulicianis, Petrobruffianis*. *Conf. Kesleri Lutheri in P. II. c. I. quæst. 3. p. 289. seqq.* Addatur Anonymi *Dialogus Ethnico-Papæus*, cui titulus: *Notwendentliche und Christenmäßige Erforschung der Gewissen D. Mart. Luthers und Joh. Calvini, Cap. V. p. 34. seqq.* His denique tanquam *fidem* *καταστήσει* sese adjunxit Sattelsdorffius, doctrinam Lutheranam

ranam Marcionistarum, Percillianistarum, (Seu potius *Priscillianista-*
rum: Nam *Percillianiste,* non *Priscillianiste* fuerunt Hæretici, nomen
 suum nacti à *Prisciliano*, quem graphicè depinxit *Sulpit. Sever.*
Lib. II. Hist. Sacr. c. 45. p. m. 257. seq.) Arianorum, Calvini, Eunomii,
Simonis Magi, Vigilantii, Petribusani, aliorumq; *ματαλογοία* æqui-
 parans. Videamus verò, quibus argumentis id probare annitatur, *Ar-*
gumentum primum hoc est: Welcher Glaub nicht kan bewiesen werden/
 daß er von Christo hero zu jederzeit gewesen / sondern von einem blossen
 Menschen ist angeführet / das ist ein Käserischer Glaub / als der *Marcioni-*
sten, Percillianisten, Arianer und andere. Nun aber die lutherische Lehr ist
 von Christo hero nicht gewesen / sondern stammet her von Luthero / einem
 eybrüchigen Mönchen (wie ihr es selbst gesehet) Ergo ist es ein Käse-
 rischer Glaub. Relictâ Majore, Minorem Propositionem probat hæc
 ratiō: Beweise den Nachsatz: Kein Lehrer hat solches im Mund und
 Feder / im Wandel und Leben geführet / was ihr lehret. Ergo. Neh-
 met alle vor euch: sie seynd gewesen Bischöffe / sie haben das H. Meß-
 opffer geopfert / sie haben die Heiligen angeruffen schriftlich und münd-
 lich &c. Ergo seynd sie nicht Luthersch gewesen. Daß aber das Lu-
 therium herühre von Luthero / bekennet ihr selbst f. 6. Wir
 schämen uns Lutheri Nahmen nicht / weil wir mit
 seiner Lehr halten: Ergo ist es ein Käserischer Glaube. Quan-
 quam verò in Syllogismo hoc ad probationem statim Minoris de-
 scendat Sattelsdorffius: Major tamen sine censurâ non est dimittenda,
 utpote limitatione non unâ indiga. Sic ergo eam limito:
 (1.) Quæcunqve Fides, neqve qvoad nomen, neqve qvoad doctri-
 nam, semper existit, illa est Hæretica. Sic limitatâ Majore, ne-
 gatur Minor. Concedimus, Fidem seu Religionem Lutheranam
 non semper existisse qvoad nomen, ita, ut rectè de DEO divinisqve
 mysteriis sentientes dicti fuerint Lutherani: Hoc enim demum
 centum abhinc, & quod excurrit, annis fieri cœpit. Qvòd verò
 eadem nostra Religio non etiam qvoad doctrinam, constanter in eâ
 prædicatam, semper extiterit, id est, quod negamus. Existit
 illa non tantum à temporibus Christi; verum etiam ab orbè condito.
 [2.] Quæcunq; Fides originem habet à mero homine, tanquam à Ma-
 gistro & Causâ principali, illa est Hæretica. Sic iterum negatur Minor.
 Omni-

Omnino originem habet Fides seu doctrina Ecclesiae nostrae à mero homine, nempe Martino Luthero; non autem tanquam à Magistro doctrinae & Causa principali, sed tantum ut à doctrina Ministro & Causa instrumentali. (3.) Quaecumque Fides à mero homine originem habet, quoad totam doctrinae formam & essentiam, illa est Haeretica. Et sic negatur Minor. Originem habet à Luthero Lutherana fides seu Religio, non quoad totam doctrinae formam & essentiam; sed quoad ejus reformationem. Hæc de Majore. Minor propositio bimembris est. Dicit enim Sattelsdorffius (I.) *Fidem Lutheranam non exiisse à temporibus Christi*: (II.) *Illam originem trahere à Luthero, perjuro Monacho*. Prius duplici munit probatione: (1.) *Kein H. Lehrer inquit, hat solches im Mund und Feder / im Leben und Wandel geführt / was ihr lehrer*: (2.) *Pergit: Nehmet alle vor euch: Sie seynd gewesen Bischöffe / sie haben das H. Mesopffer geopffert / sie haben die Heiligen angeruffen schriftlich und mündlich* &c.

§. 14. Ad (1.) verò tamen cum *Natali Alexandro*, Scriptore Pontificio, ex *Cl. Tentzelii Exercitat. Select. P. I. p. 3.* responderi posset, *argumentum inficiale non esse omnino alicujus ponderis*, maximè hoc Sattelsdorffii, in quo Sophistam agit, omnis probandi devolvens in Lutheranos, quos tamen, ut Opponens, argumentis laceffit: Ut tamen videat, quinam Doctorum veterum eandem, quam nos profitemur, doctrinam docuerint, *Centurias Magdeburgenses*, ac reliquos in *Responsione Lutherana p. 9.* commendatos libros etiam atque etiam ei commendamus. Nec est, quod organiat (α) *du wissest mich allhie auff die Centuristen und andere: aber keiner aus ihnen kan es darthun / daß die H. Väter Luthero in der Lehr vorgebrabet. Dann die Centuri-Schreiber erkennen sie selbst nicht für die ibrige. Von Dionysio Areopagita sagen sie Cent. 1. lib. 2. c. 10. Nicht Apostolisch hat er gehalten / daß er den Mönchen-Stand über andre Stände erhebet. Von Elemente / dessen S. Paulus gedenket 4. zu Phyllip. sagen sie Cent. 2. c. 4. fol. 59. Allenthalben lehret Clemens den freyen Willen / und f. 60. Clemens schreibt die Seeligkeit zu etlichmahl den Wercken / etlichmahl allen beyden. Von S. Ignatio dem Martyr cent. 2. c. 4. aus seinem Send. Schreiben* daß

Daß die Menschen schon zur selben Zeit gar zu sehr angefangen haben den Jungfrauen Stand zu loben uñ zu lieben/ und also for. Ergo aus ihm erinnet ihr nichts. Si enim ex verbis hęc arguuntur strueretur, hujus tenoris: *Quicumq; Sanctos Patres non agnoscunt pro suis, illi ex illis doctrinam suam stabilire nequeunt. Atque Lutherani Sanctos Patres non agnoscunt pro suis; Ergo;* limitanda esset Major, hęc ratione: *Quicumq; S. S. Patres, scilicet veros, & quidem in nullo capite, agnoscunt pro suis, illi ex illis doctrinam suam stabilire nequeunt.* Ita conceditur Major; sed negatur Minor. Agnoscunt omnino Centuriarum Magdeburgensium Scriptores, & cum iis Lutherani omnes, Patres primitivę Ecclesię pro suis, id est, pro doctrinę Lutheranę *quosque* verum Patres veros; non autem *supposititios & interpolatos.* Et quamvis etiam a Patribus verę talibus in nonnullis rebus quandoq; dissentiant, nempe in iis, quę a verbo DEI revelato, unico Christianę Fidei principio normativo, discedunt; probę gnari, illos esse lumina; non autem Numina Ecclesię: indices veritatis; non iudices: Ministros Ecclesię; non Magistros: Non tamen id faciunt in omnibus; sed ea, quę divino verbo conformia tradunt, obviis quasi ulnis accipiunt & amplectuntur, observantes monitum Apostoli: *Omnia probate, & quę bona sunt, retinete,* I. Thess. V. 21. Frustra ergo dicuntur, quę ex Centuriis Magdeburgensibus de *Dionysio Areopagitę, de Clemente Romano, & de Ignatio* adferuntur. Quod enim (N) ad *Dionysium Areopagitam* attinet, non loquuntur Centurię Magdeburgenses de *Dionysio illo vero*, cujus conversio Act. XVII. 34. describitur, & qui post conversionem suam Atheniensium, nonnullis etiam Parisiensium Episcopus factus esse putatur; sed de *Pseudo-Dionysio*, quod expressa verba, a Sattelsdorffio hic adducta, testantur, quę *Cent. I. Lib. II. c. X. f. 638.* ita se habent: *Denique in Ecclesiasticę hierarchię NB. supposititius ille Dionysius plurimorum meminit Ordinum, ut Pontificum, Presulum, Sacerdotum, Monachorum &c. quorum pariter Episcopi Dionysii etas nullum habuisse probari potest. Inprimis verò de Monachis traditio, quos Pauli tempore nondum fuisse constat, suspecta est, quorum ut originem mi-*

nimè indicat, ita NB. nec Apostolicè sentit, quòd eorum ordi-
 nem ut sublimiorem & excellentiorem reliquis commendat.
 Quòd autem libros Auctoris hujus, quicumque etiam fuerit,
 vero Dionysio Areopagitæ tribuere noluerint, id, quæso, illis
 vitio haud vertat Sattelsdorffius, cum ex Pontificis ipsis fuerint,
 idem qui fecerint, nempe *Erasmus*, ad cuius consensum Centu-
 riatores etiam provocant; *Guilelmus Grocinius*, Erasmo citatus,
 quem *Theologum summum & in nullâ disciplinâ non exquisitè doctum*
 & *exercitissimum* nuncupat, aliique, qui videri poterunt in *Gerhardi*
Patrologiâ p. 19. & *Coci Censurâ quorundam Scriptorum* p. 94. seqq. *E-*
dit. Helmstæd. Si verò istos fidei suæ commilitones cum *Bellarmino*
Lib. de Scriptoribus Eccles. pro *scelus* habet, nec illorum auctoritate
 se vult constringi, age! rationes, à Centuriatoribus pro sententi-
 à suâ allatas, adeat, & si vir est, confuret. Sunt autem, in
 compendium redactæ, sequentes: (1.) quia Dionysius ille nullibi
 Pauli mentionem fecit: (2.) quia omnia sua dogmata intricatè
 nimisque subtiliter proposuit, quod avo Apostolico minime con-
 veniens: (3.) quia Ithylus non est Apostolicus: (4.) quia multo-
 rum meminit Ordinum, qui Pauli tempore nondum extiterunt.
 Quod (2) *Clementem* concernit, malâ certè fide cum Centuriato-
 ribus agit Sattelsdorffius. Non enim de *Clemente Romano*, (uti
 Sattelsdorffius comminiscitur) Pauli juxta Phil. IV. 3. *συνεργῶ*, qui,
 si Fratribus Cadmæis fides habenda, aut primus, aut secundus,
 aut planè tertius à Petro Apostolo Romæ Papa fuit; sed de *Cle-*
mentie Alexandrino, Seculi II. Doctore, sermo illis est, quod patet
 ex expressis eorum verbis loco à Sattelsdorffio citato, nempe *Cent.*
II. c. IV. f. 59. in quibus ejus *Paræneticus*, & *lib. 2. Strom-*
atum citatur; & *fol. seq. 60.* post verba illa, ad quæ digitum intendit
 Sattelsdorffius: (Clemens) *salutem eternam aliàs fidei,*
aliàs operibus, modò utrisque simul adseribit; adducitur ejus
Pædagogii Lib. 1. Strom. lib. 4. Paræneticus, Strom. lib. 6. &
5, quos sanè libros si Clementi Romano, non autem Alexan-
 drino vindicare audeat Sattelsdorffius, in Historiâ Ecclesia-
 sticâ oppidò rudis est; meliora verò edoceri poterit ex *Bellarmini*
Lib. de Script. Eccles. p. 52. Edit. Colon. in 8vo, 2^o Anno 1657.

Quòd verò Centuriatores Magdeburgenses Clementis Alexan-
 drini doctrinam, in citatis libris propositam, improbaverint,
 id causæ est, quia verbo *DEI* è diametro est contraria.
 Docet enim Clemens ille, quòd hominum, sibi relictorum, ad gentes
 enim nondum converfas in *Præcepto* scribit) sic regnum calorum,
sivelint, & liberam animi voluntatem ad DEUM direxerint; quo
 ipso liberum hominis arbitrium in spiritualibus nimis extollit. E
 contrario Scriptura S. docet, *animalem hominem ne quidem per-*
cipere ea, quæ sunt Spiritus DEI, neque ea posse intelligere (multò
 minùs velle; cum nihil sit in voluntate, quin priùs fuerit in in-
 tellectu,) 1. Cor. II. 14. sed *DEUM in nobis operari voluntatem,*
 Phil. II. 13. Docet Clemens, *hominem liberâ & absolutâ potestate*
eligere (bona) & vitare (mala.) Contrà Propheta Jeremias in
 Scripturâ S. aliter: *Ich weiß HERR, daß des Menschen Macht /*
nicht stehet in seiner Gewalt / und stehet in niemands Macht /
wie er wandelt / oder seinen Gang richtet / Jerem. X. 23. Sic me-
 ritò quoque in eo suum *Ei* calculum denegârunt, quòd *aliàs Fidei,*
aliàs Operibus, modò utrisque simul salutem eternam adscribit.
 Nam & hoc sacris contrariari literis, patet ex *DICTIS* suprâ in §. II
 adductis. Et quid multis? Bellarminus ipse Clementem hunc su-
 um non agnoscit. Ita enim l. c. scribit: *Non desunt in hoc insigni*
Auctore sententiæ aliquæ, quæ errorem sapiunt, quas in Libris no-
stris Controversiarum notavimus, &c. (2) De Ignatio quidem loco
 à Sattelsdorffio adducto, nimirum *Cent. II. c. IV. f. 64.* ita scribunt
 Centuriatores: *Commendationes castitatis seu virginitatis, admoni-*
tionem item ad eam exercendam, hoc quidem seculo reperias; leges ve-
rò expressas, quibus aut cultus aliquis, aut meriti sit annexum,
non invenimus. Nisi quòd ex Ignatii Epistolis appareat, *homi-*
nes jam tum paulò impensius cepisse amare & venerari
virginitatis statum. At verò illos non loqui de genuinis
 Ignatii Epistolis, inde elucet, quia statim post citata
 verba citant Ignatii Epistolam *ad Antiochenos, ad Heronem, ad*
Tarsenses. Has verò non esse genuinas, fatentur *Cent. II. c. X. f.*
165. ubi, recensitis ex Eusebio & Hieronymo genuinis Ignatii Scri-
 ptis, nempe *Epistolâ ad Ephesos, ad Magnesianos, ad Trallesses, ad Ro-*
manos,

manos; ad Philadelbieneses, ad Smyruncenses, & ad Polycarpum, ita pergunt: Sed hodie insuper tribuuntur Ignatio in recentioribus Editionibus ad Johannem, quem Seniore[m] appellat, Epistole due, ad Mariam Christiferam, ad Mariam Cassaboli[m], ad Philippenses, & ex Philippis ad Tar[s]enses, & ad Antiochenos, & ad Heronem, Lectori autem pio & attento considerandum relinquimus, quantum sit illis Epistolis tribuendum &c. In hoc ergo Pseudo-Ignatio nimiam virginitatis commendationem improbarunt Centur. Magde^b. & quidem haud immerito. Vergit enim illa in contemptum matrimonii, quod tamen DEUS ipse instituit, Gen. II. 18. 21. seqq. omnibusque in honore habendum injunxit, Hebr. XIII. 4. Christus sua in nuptiis Canaë presentia editoque ibi insigni miraculo honoravit, Joh. II. 1. seqq. Paulus peculiari mandato confirmavit, 1. Cor. VII. 2. Patriarchæ piissimi, fidei pleni Reges, divini Prophetæ, sancti Sacerdotes, foeminae piētissimæ, præstantissimi Episcopi, imò, si Ignatio, Cent. II. c. IV. f. 53. allegato, credimus, Petrus etiam, Paulus, Apostolorumque alii, contraxerunt; quod denique qui prohibent, Spiritibus impostoribus & doctrinis demoniorum adharent. 1. Tim. IV. 1. 3.

S. 15. Pro fide Centuriatorum elevandâ Sattelsdorffius objicit (2) Daß sie aber einige ihre Stellen gestugt / oder äbel anzuehen / aus Betrüßelchuna ihrer Bücher / das macht nicht / daß sie Lutherisch gewesen seyn. Verum resp. Si calumniari sufficeret, quis foret innocens? Dicit quidem Sattelsdorffius, Centuriatores Dicta Patrum truncata ac depravata adduxisse: Cum verò id ne unico quidem argumento demonstraret, illorum integritas facta testaque manet. Tamdiu enim aliquis præsumitur bonus, donec probatum sit contrarium. Denique (3) Dicta Patrum, in Centuriis Magde^b. doctrinae nostræ parocinancia, ita excusare conatur: Und sotten sie auch eine Lehr / ehe daß sie von der Kirchen erörret / geführt haben / die euren Irthumb kuzelt / so ist solches geschæhen per ignorantiam, non proterviam, wie ihre es macht. Huic verò effugio quadruplex inest falsitas, Nam falsum est (1.) primitivæ Ecclesiæ Doctores, quatenus eadem nobiscum docuerunt, doctrinam habuisse errori parocinanciam; sed docuerunt conformia veritati, in verbo DEI patefacta. (2.) Quòd Pates talia docuerint ante factam decisionem. In Scripturâ enim Canonica omnes

omnino fidei controversiæ plenissimè jam fuerunt decisiæ, anteqvàm Patres illi ad publica in Ecclesiis officia admoverentur. Ecclesiæ verò, & quidem Pontificiæ, decisiō non est norma controversiarum. (3.) Patres ea dogmata proposuisse ex ignorantia. Hauserunt enim illa, explicarunt atqve probarunt ex Scripturâ S. in quâ certè omnia ad salutem seitu necessaria sunt revelata. Quemadmodum ergo, cui fax præluceat, quique lucem ejus sequitur, non in tenebris ambulat: Ita, cujus pedibus verbum Domini lucerna, lumenque semitis ejus est, non potest in ignorantia versari. (4) Nos quædam docere *per proterviam*. Hæreticorum id est; non veritatem cœlestem maculè defendentium: nisi protervix & contumaciæ sit, *custodire præclarum*, à DEO acceptum *depositum*, nempe *formam sanorum verborum*, 2. Tim. I. 13. 14. *retinere*, quod habemus, ne quis accipiat coronam nostram, Apoc III. 11. hostibus veritatis ne ad horam quidem cedere, Gal. II. 5.

§. 16. Ad secundam probationem Membri prioris Propositionis Minoris, superius in §. 13. datæ, dextrè ut respondeam, singula probationis capita peculiari Syllogismo includam, quò vis & nervus consequentiæ eò dilucidius perspiciatur. *Argumentum* itaque primum hoc est: *Quicumque fuerunt Episcopi, illi non fuerunt Lutherani. Atqui Patres, Sc. Ergo.* Resp. negando Majorem. Non enim sunt *accusati*, Episcopum esse, & Lutheranum esse. Tantùm quippe abest, ut Lutherani vel verbo, vel facto ipso Episcopale repudient fastigium, ut potiùs passim in ipsorum cœtu reperiantur, ad illum honoris gradum evecti. Distingvendum autem est inter *Episcopos Papæos*, & *verè Christianos*. Meritò Lutherani improbant Episcopos Papæos, plus de *Chreso*, quàm de *Christo* sollicitos: magis curantes secularia, quàm animarum curam habentes: dominantes Clero, fastu turgidos, luxu diffuentes, & à Scripturæ S. regulâ veterumque Canonum decretis mirum quantum deviantes: apud quos (ut verba *Egberti*, Abbatis S. Florini, Seculo XII. clari, ex *Catalogo Testium veritatis* p. 394. mea faciam,) *indulgere carni, delitiosè orari, pompaticè incedere, quæstui intendere, parentes magnificare, huc est Episcopari.* Contrà verò Episcopos verè Christianos, doctrinâ purâ vitæque inculpatâ conspicuos,

cuos, quales olim fuerunt illi, qui, Papæ Romani potestate nondum supereminente, Ecclesiæ Christi, verbum DOMINI purè docendo, Sacramenta legitime administrando, Clave solvente & ligante prudenter utendo, & omnia denique in Ecclesiis sibi commissis in bono ac decenti ordine continendo, immortalis cum laude præfuerunt, fovent, amant, venerantur. *Argumentum secundum hoc est: Quicumque sacrificarunt sacrificium Missaticum, illi non fuerunt Lutherani. Atqui S. S. Patres &c. Ergo.* Transeat Major in hoc Argumento, negatur autem Minor. Aliud est *Missæ*, aliud *Sacrificium Missaticum*. *Missæ*, sensu orthodoxo, & veteribus in significatione strictissimâ accepta, nihil est aliud, quàm ipsum Sacramentum Cœnæ Dominicæ; *Sacrificium* autem *Missaticum* est sacrificium propitiatorium, propriè sic dictum, in quo Christus, modo incruento, pro vivis & mortuis, ad impetranda omnis generis beneficia, Patri cœlesti, à Sacerdote offertur. *Ita antiquis Ecclesiæ Doctoribus in pretio fuit maximo, neque alia fuit, quàm ea, quam Christus ipse in suâ ultimâ Cœnâ instituit, ut scilicet post prædicationem verbi divini, solùm verba consecrationis & Dominica Oratio recitaretur, atque ita distributio corporis & sanguinis Domini statim fieret; id quod ex antiquitate probavit Flacius in quibusdam Observationibus de vetustatibus Missæ, libello de Missâ Latinâ antiquâ adjectis, p. 71. Hoc autem, quemadmodum Seculis demum sequioribus, accedentibus variis, quàmvis subinde in aliam atque aliam formam mutatis, ceremoniis invaluit; ita antiquis Christianæ Ecclesiæ Doctoribus fuit ignoratum. Illam & nos veneramus; Conf. A. C. p. 23, & Apol. p. 250. Hoc verò, quia dissentit à Scripturis Sanctis, & lædè gloriam passionis Christi, (Conf. A. C. p. 25.) improbamus, averfamur, detestamur. Tertium Argumentum hoc est: Quicumque invocârunt Sanctos demortuos, illi non fuerunt Lutherani: Atqui Sancti Patres &c. Ergo. Resp. iterum negando Minorem. Quinam enim fuerunt Patres illi, qui Sanctos demortuos invocârunt? Ne unum quidem nominare potuit Sattelsdorffius. Et quos Sanctos invocârunt? An B. Mariam Virginem? Sed reclamatur Epiphanius, quem Sanctum vocat Bellarminus Lib. de Script. Eccles. Is enim Hæret. LXXIX. Collyridianos, B. Virginis Mariæ cultores, non hostes, (inter quos*

illos recenset *Wichmans in Sabbatismo Mariano p. 176.* confutans ; multis argumentis probat , Mariam non esse religioſe invocandam. Num *Joſephum , Chriſti Præpatrem* ? Aſt hujus invocationis cultus piæ antiquitati fuit ignotus ; innotuit autem Seculo ſuperiori, cum à Gregorio XV. Feſtum in ejus honorem inſtitueretur. Conf. *Dn D. Gæzii Diſſide Cultu Joſepbi, Tbeſ. II. §. II. & III. p. 15. ſeqq.* Num *S. Confucium*, Philoſophum apud Chinenſes olim longè clariffimum , quem gens hæcæ , ethnica ſuperſtitionis tenebris adhuc immerſa , Sanctis ſuis annoveravit ; cujus deinde cultum Jeſuitæ illis, illorum converſionis promovendæ ergo, unà cum cultu aliorum Sanctorum Pontificiorum indulferunt ; quem denique cultum Jeſuita *le Comte* Scripto non uno defendere laboravit ? Aſt huic ex Pontificiis ipſis Dominicani Miſſionariorumque alii jure optimo ſeſe opponunt. Conf. *Autor des ſiehenden Paſſagiers, Promenad. II. X. p. 102. ſeqq.* Quis ergo ethnicum iſtiusmodi idolum tam ſplendidiffimorum Eccleſiæ Luminum invocatione dignum judicaret ? His enim eadem, quæ *Dionyſio Alexandrino* apud *Euseb. Lib. VII. Hiſt. Eccleſ. c. X.* mens quondam fuit ; *Nos unum illum Deum, omnium opificem, -- colimus & adoramus, illumque indefinenter -- oramus. -- Nos nullum alium adoramus.* Et hæc hæctenus de priori Membro Minoris Propositionis.

§. 17. In Membro poſteriori aſſeritur, *doctrinam Lutheranam originem trahere à Luthero, perjuro Monacho*, idque ex ipſius Reſponſionis Lutheranae verbis probare ſatagit *Sattelsdorffus*, quæ p. 6. hæc ſunt : *Wir ſchâmen uns Herrn Luthert Nahmens nicht, weil wir es mit ſeiner Lehre halten.* Reſp. Quemadmodum ſuprà in §. 13. n. 2. & 3. jam conſeſſum fuit ; ita nunc quoque concedi, doctrinam Lutheranam originem habere à Luthero ; à Luthero, inquam, non tanquam à Cauſâ principali & Magiſtro ; ſed tanquam à Cauſâ miniſteriali & DEI Miniſtro ; non tanquam à primo doctrinæ auctore & , ut ita dicam, formatore ; ſed tanquam à corruptæ doctrinæ Reformatore. Et hæc ratione nominis Lutheri Lutheranorum neminem merito pudeat ; quemadmodum in veteri Eccleſiâ non pudebat Orthodoxos nominum ſuorum, quorum doctrinæ ſubſcribebant, Doctorem ; utpote qui, ſicuti nos hodiè à Luthero

thero Lutheranos; ita ab Athanasio Athanasianes, & ab Ambrosio Ambrosianos se nominari patiebantur. *Conf. B. Joh. Goutlieb Mölleri Observat. Miscell. Decas, Obs. II. p. 8. seq.* Quod verò Religio nostra perjuro Monacho ortum suum debeat; Sattelsdorffius quidem dicit, non autem probat. Monachum fuisse Lutherum, confitemur. Factus enim est Augustinianus Erfordiae A. C. 1505. anno ætatis suæ vigesimo secundo: Quod autem perjurus fuerit, negamus. Communis hæc Pontificiorum calumnia est, Lutherum ex duplici capite accusantium perjurii, cum quia Ecclesiam Romanam, cui in Juramento Doctorali perpetuum obsequium promiserat, semet opposuit, eandemque deseruit; tum quia Monachatum valedixit. Cum verò telum hoc, olim jam in Lutherum emissum, jam dudum sit contractum à Nolstratibus, ex quibus conferrì mereatur *Lutherus ipse T. VI. Jen. Germ. f. 20. b. seqq. Nicolai Hunnii Offenbarlicher Beweis, daß D. Martinus Lutherus zu des Bapstthums Reformation rechtmäßig von S. S. sey beruffen worden! Cap. II. n. III. p. 197. Kesleri Lutherum, P. I. Quaest. X. p. 220. seqq. Joh. Mölleri Lutherus defensio, Cap. IV. & V. p. 39. seqq. ejusdem; Defensio Lutheri defensi, Cap. V. p. 15. seqq. actum agere nolo.*

§. 18. Novum argumentum, quo doctrinam Lutheranam Hæreseos postulat Sattelsdorffius, sequentis tenoris est: Welcher Glaub nicht besser gegründet ist / dann der verdambten Käzer Marcionis, Arii, Calvini &c. das ist ein Käzerischer Glaub. Nun aber der Lutheranische ist in keinem Stück besser gegründet / dann anderer Käzer. Nicht in der Schrift; dann andre Käzer fussen sich auch auff dieselbe: Nicht in der Auflegung; dann alle stimmen mit euch überein: Nicht in dem Veruff oder Gewalt mehr zupredigen vor andern; nicht in andern Artickeln. Hier / mein Herr Pastor / ringe und springe / es hilffe kein Kopftragen / kein Dartreiben / es siehet zubeweisen. Dann was ihr immer einwenden möchtet / dasselbe mögen ihnen mit gleichem Zug anmessen andere Käzer. *Ergo.* Hoc Argumentum ut solvatur, non opus est salire, aut scabere caput, aut fricare barbam. Imberbis enim & elumbis est Propositio Minor, & scabiola ejus probatio. Videamus, quæso, quo Medio Terminò Minor: *quod doctrina Lutherana nullà ex parte meliùs pòssit ostendij. aliorum Hæretico-*

rum sit fundata, probetur. Id inde evincitur, quia illa nullum fundamentum habet (1.) in Scriptura S. (2.) in interpretatione Scripturae S. & (3.) in vocatione & potestate verbum Dei predicandi. Primum ex eo probatur, quia alii quoque Haeretici Scripturae S. inniuntur: Secundum quia omnes Haeretici nobiscum consentiunt. Tertium sine probatione relinquitur. Resp. verò ad (1.) quod confitentia sit nulla: Ad Scripturam S. alii quoque provocant Haeretici; Ergò doctrina Lutherana in Scriptura S. nihil fundamenti habet. Perinde est, ac si ita concludam: Orator Venetorum, Hieronymus Donatus, Venetorum in mare Adriaticum imperium demonstraturus quondam, ad idem Instrumentum Donationis Constantini M. provocavit, cui Papa R. in probando suo super Occidentem dominio innidit: (Conf. ex Pontificiis ipsis, *Wilb. Becker in Synopsi Juris publici. II. n. 2.*) Ergo Papæ & Venetorum donatio æque est fundata: Hocine inde, Sattelsdorffi, sequitur? Scilicet, duo eum faciunt idem, non est idem. Lutherani inniuntur Scripturae S. *rectè intellectæ*; Haeretici verò *perverse intellectæ*: Illi eã ritè *utuntur*; Hi eãdem pessimè *abutuntur*. Exceptionibus deinceps respondebitur. Ad (2.) quod attinet, per *interpretationem*, Scripturae S. aut intelligitur vera mentique Spiritus S. conformis, aut falsa & à sensu *œconomus* aliena. Si illa intelligitur, amplectimur quidem eam, sive à Doctore Lutherano, sive à Sectæ alicujus homine proficiatur, non videntes, quis dicat, sed quid dicatur: Non tamen ipsi interpretationi quã talii; sed verbo DEI, quod Interpres interpretatur, inniuntur. Si verò *hec* intelligitur, committitur petitio ejus, quod est in principio. Non enim vel Scriptura Sacra perperam apud nos exponitur, vel Haeticorum. *Ue de puritate* frigidam affundimus. Quinimò Sattelsdorffius, hæc scribens, suo se jugulat gladio. Supr ænim in §. 7. affirmaverat, inter ipsos Ecclesiæ nostræ Doctores tantam in Scriptura S. interpretatione sententiarum esse diversitatem, ut de illis valeat tritum illud: *Quot capita, eos sensus*. Jam verò scriptitare audeat, in divinorum oraculorum explicatione omnes Haeticos nobis esse consentientes. Quod si Doctores Lutherani ne inter semet ipsos quidem concordant; quomodo cum illis omnes Haetici concordant.

cordabunt? Ad (3.) Resp. quod illud frustra proferatur. Non enim vel Lutherani, vel, quod ego sciam, Sectariorum aliqui, eam foveant opinionem, quod vocatio ad Ministerium & potestas verbum DEI docendi fundamentum fidei constituant, aut ad illud pertineant. Triplex aliàs Fundamentum fidei ostendi solet à Nostratibus, nimirum *organicum, hypostaticum & dogmaticum*. Illud hodie est solum verbum DEI scriptum, Ef. IIX. 20. Luc. XVI. 29. Gal. 1. 8. 9. *Istud est Christus*, 1. Cor. III. 11. *Hoc sunt Articuli fidei fundamentales*, ipsam æternam hominis salutem concernentes, quales e. g. sunt Articulus de DEO triuno, de Christo Θεωσφωσφω, Salvatore mundi monadico & catholico, de universali gratià DEI, de Justificatione hominis peccatoris. Ad nullum verò Fundamentorum horum vocatio ad Ministerium Ecclesiasticum & potestas docendi pertinet. Duo quidem sunt, quæ Sattelsdorffius, quasi Exceptionis loco, objicit: (1.) *Ihr saget, daß die Menisten und andere Keyer die Schrift mißbrauchen* fol. 4. *Papæ! das sagt man auch von euch / und ist klar aus dem von euch angezognen Spruch.* (2.) *Ihr saget / daß man euch keinen Artikel beweisen möge / dem Wort GOTTES zu wieder.* Wer sagt das / als der Hr. Pastor allein? Ihr müßte wenig bewandere seyn in Göttlichem Wort / so euch nicht hundert Stellen zumieder vorkommen / als da von dem primat Petri Matth. 16. Joh. 21. Act. 15. von der Kirchen / daß sie nicht irren kan / Matth. 16. c. 28. Luc. 22. Joan. 14. daß der Glaub ohne gute Werck nicht genug seye / Luc. 6. & 12. 1. Cor. 13. 1. Gal. 5. Eph. 2. Jac. 1. & 2. Petri 1. daß man die Gebote GOTTES vermittelst Göttlicher Gnaden halten möge: Joan. 12. Rom. 2. &c. &c. Verum duplex simul verbis hinc inest fallitas. Fallissimum enim est (1.) Lutheranos, instar Mennonistarum aliorumque Hæreticorum, Scripturâ S. abuti, & quâ ratione hoc ex Dicti Matth. XVI. 26. citatione, in Responstione Lutheranâ factâ, probari queat, ex superiori §. 8. videre est; ubi illa suo loco satis superque fuit vindicata. (2.) In Scripturâ S. vel centum occurrere loca, doctrinæ nostræ adversantia, quis hoc dicit, nisi solus Sattelsdorffius? Ipse quoque, probandi viribus destitutus, loco centum, quindecim modo adduxit. Adducta verò in quadruplici fidei capite nobis con-

trariari fingit : primùm nempe in doctrinâ de primatu Petri: deinde de infalibilitate Ecclesie : tum de Fide, sine B. O. non sufficienti; & denique de possibilitate Legem divinam implendi. Ut itaque videamus, utrùm Dicta illa doctrinæ nostræ sint aduersa, nec ne? ita rem tractaturi sumus, ut initio doctrinam nostram præmittamus; deinde verò Dicta illa cum expositâ doctrinâ conferamus.

S. 19. Qvòd ergo primùm *Primatum Petri* concernit, de eo ita sentiunt Nostrates, ut Petro largiantur *primatum ordinis IN TER Apostolos*; non autem *primatum jurisdictionis IN* aut *SUPER* Apostolos. Concedunt, illum fuisse inter duodecim Apostolos *primum*, Matth. X. 2. negant autem, eum fuisse illorum *supremum*. Nimirum disceptamus cum Pontificiis de *primatu Petri auctoritativo & possessivo, an scilicet Apostolus Petrus, ex divino jure, jurisdictionis Primatum habuerit, juxta quem, non in reliquos solum Apostolos; verùm etiam in universam Christi Ecclesiam, absolutâ potestate, cum in spiritualibus, tum in Civilibus, gavisus fuerit?* Quem admodum verò hoc à nobis negatur atque pernegatur; ob insuperabiles rationes, quas adducere non est hujus loci: Ita *Quæstionis hujus affirmativa, quæ Pontificiorum est, probari nequit (1.)* ex Matth. XVI. 18. 19. (Hi versiculi, à Sartelsdorffio omitti, à Pontificiis communiter adferri solent.) Nam (1.) *Textus ipse repugnat.* Scilicet in eo (α) Petrus non dicitur *Petra Ecclesie*; sed ab hâc, ceu subjectum denominatum à formâ denominante, expressè distinguitur. (β) De Ecclesiâ, *petræ superædificatâ, dicitur, quòd inferorum porta adversus illam non sine prevalitura.* Ast contra Petrum plus vice simpliciter prævaluerunt: Ergo prævaluisent etiam contra Ecclesiam, si Petro illa fuisset superstructa. Fundamento enim expugnato, tota machina corrui. (γ) Petrus in v. 15. à Christo interrogabatur: *Quem Vos autem me esse dicitis?* Omnium quoque nomine v. 16. Petrus responsum dederat: *Tu es Christus, Filius DEI viventis.* Quæ ergo Christus v. 19. regeffit, non ad solum Petrum, sed ad reliquos etiam Apostolos directâ fuerunt. Idem patet (2.) ex *Disctis parallelis*, in quibus (α) expressè *Christus*, non *Petrus*, *petra* dicitur, 1. Cor. X. 4. *fundamentum*

amentum unicum, 1. Cor. III. 11. *lapis angularis, in quo totum edifi-*
ficium (Ecclesia) *congruenter coagmentatum, crescit, ut sit tem-*
plum, sanctum Domino Eph. II. 20. Sic quoque (β) *Claves regni*
caelorum, id est, potestatem remittendi & retinendi peccata, non
 soli Petro, sed & cæteris Apostolis esse commissas, ex Matth. XIX. 18.
 & Joh. XX. 23. elucet clarissimè. Idem probo (3.) *Ratione*. Si Petrus pe-
 tra est Ecclesiæ, aut est ratione personæ, aut ratione officii sui. Non
 est ratione personæ: Sic enim erat infirmus, peccaminosus &
 mortalis homo, adeoque tanto, vel Angelicis humeris tremendo
 oneri non ferundo. Neque etiam ratione officii: Sic enim æque,
 ac reliqui Apostoli, erat *Dispensator mysteriorum DEI*, nempe
 Verbi & Sacramentorum, 1. Cor. IV. 1. Hinc ne Paulus quidem,
 qui se tamen *Apostolorum minimum* appellavit, 1. Cor. XV. 19. illo
 se minorem esse iudicavit, 2. Cor. XI. 5. Quid? quod Petrus ipse
 1. Epist. V. 1. aliorum Presbyterorum *ὡμῶντες βύβρα* semet ipsum
 vocavit, quo clarè satis innuit, tantum abesse, ut ratione officii
 sui cæteris Apostolis sit superior, ut ipsos quoque Presbyteros, di-
 gnitate aliàs Apostolis longè inferiores, sibi pares esse agnoscat.
 (II.) Alterum dictum, quòd pro primatu Petri adduxit Sattels-
 dorffius, desumptum est ex Joh. XXI. &, nisi prorsus fallor, ex v. 16.
 & 17. ubi Petro tribus vicibus *τὸ Pascere* à Christo demandatur.
 Resp. Quamvis nemo Lutheranorum inficias eat, quòd verbum
Pascere, quando in S. S. de Magistratu politico usurpatur, domi-
 nandi significationem habeat: Tamen quando de Ministris Eccle-
 siæ adhibetur, non dominandi, sed docendi cæterosque actus sa-
 ceros, ad Ministerium Ecclesiasticum pertinentes, usurpandi signi-
 ficationem habet, quam significationem in præsentis loco obti-
 net. Hoc luculenter patet (1.) *ex Subiecti*, cui agnorum ovi-
 umque Christi cura hoc loco committitur, *condicione*. Petrus
 enim, ad quem oratio Christi hic dirigitur, non est persona po-
 litica, sed Ecclesiastica, nimirum Apostolus Jesus Christi. His au-
 tem dominatus à Christo expressè interdictus fuerat Luc. XXII.
 25. 26. (2.) *Ex ipsius Petri interpretatione*, 1. Epist. V. 2. 3. ubi cla-
 ris verbis docet, *τὸ Pascere* Ministrorum Ecclesiæ non esse *domi-*
nari. (3.) *Ab absurdo*. Si enim Petro pascendi vocabulo prima-

tus in Ecclesiâ fuisset collatus, sequeretur, eundem aliis quoque verbi divini Doctoribus competere. Nam hi etiam à Spiritu S. sunt constituti *ad ascendendum Ecclesiam DEI*, Act. XX. 20. Hoc verò quemadmodum absurdum putabunt Pontificii: Ita nobis quoque haud vitio vertent, quòd illud Petro haud largiamur. Par parium enim est ratio. (III.) Ex Act. XV. quâ ratione Primatus Petri stabiliri queat, ego non possum hariolari. Provocat etiam ad locum hunc *Bellarminus Lib. I. de Rom. Pontif. c. XXII* scribens: *Decima nona (Petri prerogativa) est Act. XV. ubi Petrus in Concilio primus loquitur, & sententiam ejus Jacobus omnesq. alii sequuntur.* Sed resp. (1.) negando, Petrum in Concilio hoc omnium primum fuisse locutum. Contrarium enim clarissimè constat ex v. 7. ubi sermonem Petri *ἡ πρώτη συζήτης*, id est, *multa disceptatio*, præcellisse legitur. Deinde (2.)posito, non autem concesso, Petrum primum verba fecisse; nihil tamen aliud exinde fueret, quàm hoc, quòd Petrus habuerit *primatum ordinis*, eumque non ex jure divino positivo, sed ex reliquorum, ibi congregatorum, libero consensu. Denique (3.) quæ consequentia: *Sententiam Petri Jacobus omnesque alii sunt secuti: Ergo Petrus fuit Primas, Præses & Caput reliquorum.* In Concilio Oecumenico Niceno I. sententiam Paphnutii, qui Clericorum coelibatui solus se masculè opposuit, reliqui ibi congregati Patres sunt secuti, prouti *Socrates Lib. II. Hist. Eccles. c. IIX.* restatur: Ergone inde sequitur, quòd Paphnutius fuerit Præses illius Concilii, & reliquorum Episcoporum Caput? Hoc certè *Bellarminus* non concedet, qui *Lib. I. de Concil. c. XIX.* omnem movet lapidem, ut demonstrat, quòd illius Præsides fuerint Legati Pontificis, Episcopus Hosius, Vitus & Vincentius Presbyteri, quorum sedes tam graphice depingit, ac si ipse Concilio interfuisset.

S. 20. A Primatu Petri ad *Infalibilitatem Ecclesie* progredior. De illâ autem summa doctrinæ nostræ hæc est: Quamvis Ecclesia vera, militans, universalis verè talis, & quidem quoad societatem internam spectata, tota simul errare nunquam queat, quatenus nimirum ductum Spiritus S. ipsam in veritatem omnem ducentis, sequitur, & vocem Pastoris ac Sponsi sui, Christi, unice audit

audit & amplectitur: Ecclesia tamen particularis, qualis e, g.
 est Romana, imò etiam universalis, quoad societatem externam
 considerata, cum circa fidem, tum ad verus fidem, errare po-
 test, & actu ipso haud raro graviter erravit. Huic doctrina no-
 stræ non obstat (I) Dictum Christi Math. XVI. 18. *Tu es Petrus*
 &c. In eo namque de Ecclesiâ universali, Christo petræ suæ, verâ
 fide adhærenti, agitur, eidemque perpetua duratio à Christo pro-
 mittitur, quam & nos Ecclesiæ universali, verè tali, adscribimus.
 Idem dicendum (II.) de Dicto Math. XXIIX. 20. quod etiam urget
 Bellarminus Lib. II. de Concil. & Eccles. c. II. In eo enim gratiosâ
 Christi præsentia promittitur Ecclesiæ universali, quatenus nimi-
 rum *servat omnia, quæ Christus præcepit*; non autem omnibus &
 singulis Ecclesiis particularibus, etiam à verâ doctrinâ deficientibus.
 His namque gratiosam suam præsentiam subtrahit, quod non pau-
 ca eheu! exempla Ecclesiarum, ab ipsis Apostolis olim plantata-
 rum, confirmant. Quid autem (III.) ex Luc. XXII. pro Ecclesiæ
 infallibilitate concludi queat, fateor, me non intelligere, præsertim,
 quia iterum versiculus adjectus est nullus. Quod si conjectare
 licet, respicit Sattelsdorffius cum Bellarmino suo l. c. ad v. 32. ubi
 Christus Petro dicit: *Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua.*
 Quemadmodum enim Petrus & Papa; ita Papa & Ecclesia Ponti-
 ficis sunt *ἰσοδυναμοὶ ἑστί.* Verum & hoc Dictum planè est im-
 pertinens. Nam in eo non de Ecclesiâ; sed de unico membro
 Ecclesiæ agitur. Ab unico autem Ecclesiæ membro ad universam
 Ecclesiam non valet sequela, idè, quòd Ecclesia est totum hetero-
 geneum; non homogenum. (2.) Posito, citata verba ad Eccle-
 siam quoque accommodari posse: ne sic tamen probarent, quòd
 probandum est; confirmarent potius, Ecclesiam errare & deficere
 posse. Nam Petrus, ter Christum abnegando, v. 57. 58. 60. enor-
 miter erravit, & Christus verbis antè citatis sequentia statim ad-
 didit: *Cùm autem conversus fueris, confortas fratres tuos.* Con-
 versio autem aversionem præsupponit. Quare (3.) verba Christi
 negant defectum fidei Petrînæ hnalem; non autem totalem. Si
 verò ex ultimis v. 32. verbis: *Confortas fratres tuos, sententiam*
 tuam probare voluit Sattelsdorffius, ad quæ nuper *Job. Anton.*

de Fide, Nuncius Apostolicus, primatum Petri probaturus, provocavit, in Colloquio, A. 1700. Lipsiæ cum M. Andrea Stiefelio habito, copiosesque de scripto ab Auctore der auffgefangenen Brieffe/Ravag. I. p. 857. seqq. Resp. Verba illa neque primatui, neque infallibilitati Petri patrocinari, quia tamen *Confortare* etiam Episcopo Sardenis, Apoc. III. 2. imò unicuique fidelium, Jac. V. 8. & quidem eodem, quod in loco hoc Lucæ occurrit, vocabulo Græco *ἐπιτίθειν*, injungitur. (IV.) In loco Joh. XIV. altum de infallibilitate Ecclesiæ, & quidem Romanæ, silentium.

§. 21. Eâ itaque profligatâ, disquirendum porro est, an Scriptura S. in doctrinâ de Fide, sine Bonis Operibus non sufficiat, Lutheranis contarietur? Nostra de Fide doctrina suprâjam §. 2. seqq. prolixè fuit proposita. Ex iis autem, quæ dicta ibi fuerunt, periculum erit, nos minimè docere, quòd Fides sine Operibus sufficiat *justificati*; De his enim docent Nostrates, quòd oporteat Bona Opera, mandata à DEO, facere, A. C. pag. II. quòd necesse sit B. O. facere, propter voluntatem DEI, Ibid. p. 18. quòd necesse sit bene operari, Apol. A. C. pag. 133. Sed sententia nostra hæc est, quòd Fides ex parte nostri unicè sit instrumentum divinæ gratiæ apprehensivum. Dicta ergo, quæ hoc loco objiciuntur, nobis non sunt contraria. Nam (I.) Luc. VII. & XII. describitur officium *justificatorum*; non autem *Causa Justificationis*. Illud in Bonis Operibus consistere, nunquam negavimus; Hanc solam Fidem, omnibus Legis Operibus exclusis, esse, constanter docuimus. (II.) In Loco 1. Cor. XIII. 1. non agitur de Fide *justificante*, de quâ nunc quæritur; sed de Fide *miraculosâ*, quâ montes transferri possunt. (III.) Gal. V. 6. in Christo Jesu valere dicitur Fides; non autem Charitas. Fides dicitur *ἐνεργητικὴν* seu *efficax* *δι' ἀγαπῆς*, id est, *per charitatem*; non *διὰ τῆς ἀγαπῆς*, sive à Charitate. Adeoque Charitas non dicitur causa Fidei; sed Fides causa Charitatis. Nec Charitas hîc sistitur ut *αἴτιον* aut *συναίτιον* Justificationis; sed ut ejusdem consequens, locum habens, non in actu; sed in statu Justificationis. (IV.) Eph. II. in toto Capite non agitur de Bonis Operibus, nisi v. 10. ubi verò ad Bona Opera creati leguntur, & in iis ambulare jubentur *justificati*, de quibus nulla controversia est; non autem *justificati*.

justificandi : per Fidem jam *salvati*, v. 8. non verò *salvandi* (V.)
 Ad quem vericulum in Loco, ex Jac. I. prolato, respiciatur, de-
 nuò latet. Si v. 12. attenditur, ad quem etiam *Cornel. à Lapide*
Comment. in Epist. Canonicas, p. 43. a. provocat, facilis est respon-
 sio. Dicit nempe Apostolus: *Beatus Vir*, QVI; non autem: QVIA
Justi remotionem: Accipiet coronam vitæ, QVI; non verò QVIA *pro-*
batus fuerit: Coronam vitæ promisi DEVS illis, QVI; non QVIA *ipsum*
diligunt. Describitur ergo in Loco hoc *Beatitudinu subjeclum*;
 non *causa*; & acceptio coronæ vitæ æternæ non fititur ut ef-
 fectus; sed ut *consequens patientiæ*. Si verò cum *Bellarmino Lib. IV.*
de Justif. c. VII. ad v. 25. respicitur, resp. (1.) Per *perfectâ legem libertatis*
 non intelligitur Lex propriè sic dicta; sed Evangelium, Legi
 contradistinctum: Id quod evincunt (a) *antecedentiâ*. De eo-
 dem nempe Verbo DEI Apostolo in hoc v. 25. sermonem esse,
 de quo in antecedentibus locutus fuerat, neminem fore, arbi-
 tror, qui neget. Atqui in antecedentibus non de verbo Legis;
 sed Evangelii egerat, de illo nimirum verbo, quo *regeneramur*,
 v. 18. & *quod potest animas nostras salvare*, v. 21. quæ prædicata
 Legi nequaquam competunt, argumento loci Rom. X. 17. &
 Gal. III. 21. Ergò in præsentî quoque v. 25. de nullo alio, nisi
 de verbo Evangelii, Legi oppositi, agitur. Idem elucet (ß)
ex emphaticâ Articuli in hoc ipso v. 25. positione. Ita nimirum
 in Græco fonte verba fluunt: *Ὁ δὲ παρακύβητος εἰς νόμον τῆς
 λέγου* NB. *τὴν τῆς ἐλευθερίας*. Perspicuus verò in *legem perfe-*
ctam, legem, inquam, quæ est lex *libertatis*. Quemadmo-
 dum verò Articulus, hæc ratione positus, vim habet rem certam
 ac definitam & ab aliâ planè diversam determinandi, prouti com-
 plura N. T. loca, ex quibus conf. Matth. VI. 9. 32. Rom. III. 24.
 X. 5. Gal. I. 22. &c. testantur: Ita quoque h. l. vocabulum Legis
 restringit atque determinat, adeoque dum Legem, determinatè
 spectatam, *legem libertatis* vocat Apostolus, eo ipso aperte in-
 nuuit, se non intelligere *legem servitutis*, quæ Lex Mosaïca est,
 Gal. IV. 24. sed Evangelium, quod *lex libertatis* est, Rom. IX. 2.
 Hoc ergo demonstrato, per se patet, nullum ex loco hoc argu-
 mentum, pro Bonorum Operum in æternam salutem influxu
 causali

causali, posse deduci. Nam qualis Lex, tale etiam Opus intelligitur. Quando ergo dicitur: *Hic beatus erit in opere suo*; per Opus non intelligitur Opus legale: Evangelium enim non est doctrina Operum, sed Fidei, Rom. III. 27. sed intelligitur Fides in Christum quæ Opus est, in significato generali; non speciali: passivè; non activè: *Opus DEI*, Joh. VI. 29. Col. II. 12. non opus hominis, nisi subjectivè & terminativè. (2.) Si vel maxime tamen per legem libertatis universa doctrina divinitus patefacta, Lex scilicet & Evangelium connotaretur, quæ *Gerhardi T. IV. Locor. Theol. L. de B. O. §. 59.* aliorumque sententia est, adedque vocabulum Operis præcisè Opus legale significaret: Nondum tamen sequeretur, Operi ipsi, tanquam Causæ, adscribi beatitudinem. Non enim dicit Apostolus: *Hic beatus erit PER opus suum*; Sed: *IN opere suo.* Ut aded Bona Opera relationem non habeant ad beatitudinem, tanquam Causæ ad Effectum; sed ad hominem beatum, tanquam Adjuncta ad suum subjectum, (VI.) Quod ad Jac. II. spectat, de eo rectè quidem suo jam tempore judicârunt Confessores nostri in *Apologia A. C. p. 107.* quòd non alius locus *ulius magis putetur officere nostræ sententiæ*: Ast non minùs rectè ibidem statim addiderunt sequentia: *Sed est facilius & plana responsio.* Observetur modò (1.) Apostolo rem non esse cum *justificandis*; sed cum *justificatis*, & *verbo veritatis*, h. e. Evangelio, jamdum *regenicis*, Cap. I. v. 18. In his Fidem cum Operibus conjunctam esse debere; jam supra ultrò dedimus. De justificandis verò regula Augustini nobis manet altâ mente reposita: *Bona Opera non præcedunt justificandum, sed sequuntur justificatum.* (2.) Vocabulum Fidei h. l. non significare Fidem veram & salvificam: Nam v. 19. Apostolus illam, de quâ loquitur, Fidem Dæmones habere dicit. Fidem autem veram & salvificam Dæmonibus quis tribueret? Sed norat externam Fidei professionem ac inanem jactantiam: id quod patet (a) ex v. 14. ubi Jacobus non dicit: *Quid prodest, Fratres, si quis Fidem habeat*; sed: *Si quis DICAT, Fidem se habere.* (3) Ex v. 15. 16. 17. ubi Fidem illam, de quâ agit, tali comparat dilectioni, quæ non nisi in labiis hæret, opere verò ipso non expletur. Sicuti verò talis dilectio ve-

ita non est; ita nec Fides, quæ cum illâ confertur, vera erit. **E**
 de hâc quidem Fide Jacobus rectissime dicit, quod non posse salva-
 re: v. 14. quod sit mortua in seipsâ: v. 17. quod sine Operibus mor-
 tua sit, v. 20. quomodo corpus sine spiritu mortuum est: v. 26.
 quod ex illâ homo non iustificetur, v. 14. De hâc verò Fide inter
 nos & Pontificios nulla est controversia; sed de Fide verâ & pro-
 priè sic dictâ. (3.) *Iustificacionis* vocabulum non notare h. l.
 Iustificacionem coram DEO; sed extrinsecam per opera externa
 Fidei & Iustificacionis, jam dum per Fidem obtentâ, demonstra-
 tionem coram hominibus; quod vel ex v. 18. elucet, in quo
 ille, qui Fidem ore jactat, re quòque ipsâ & opere, in sensu in-
 currente, illam *δεικνύει*, demonstrare jubetur. Jam verò de
 illâ, non de hâc quæritur (VII) Ex 2. Pet. I. Sattelsdorf-
 fuscus, nisi fallor, v. 10. allegare voluit. Sed resp. In plerisque
 Codicibus Græcis non sunt adjecta hæc verba: *διὰ τῶν*
καλῶν ἔργων, per Bona Opera [quæ in Vulgatâ adduntur] non diffi-
 cente ipso *Cornelio à Lapide Comment. in b. l. p. 348. a.* sed in Textu
 authentico verba ita se habent: *διὰ μάλιστα, ἀδελφοί, σπεύσατε*
βεβαίαν ὑμῶν τὴν κλήσιν καὶ ἐκλογὴν ποιεῖσθαι. Tatmeti verò
 sub intelligenda essent; nobis tamen Dictum hoc non obstat. Nam
 sicut Phrasis hæc: *βεβαίαν ποιεῖσθαι*, nihil significat aliud, quàm
βεβαίην, quæ vox inter alia significat, *veritatem alius rei ar-*
gumentis probare; unde *βεβαίως*, confirmatio, quâ voce accu-
 rata methodi Doctores Theos probationem insignire solent:
 Sic parænesis Apostolica eò collinearet, ut Christiani divinæ
 suæ vocationis & electionis veritatem bonis suis operibus, velu-
 ti argumentis, probarent, non à priori; sed à posteriori: pro-
 batione non apodicticâ; sed probabili, iisdemque eam firmam
 redderent, non apud DEUM, apud quem utraqve est firmissima
 & immutabilis, Rom. XI. 29. Eph. I. 4. Matth. XXIV. 24. Joh. X.
 28. sed apud homines: non illam Operibus suis efficiendo; sed
 Operibus de illâ testificando.

S. 22. Jam de possibilitate divinam legem implendi agen-
 dum, & quæ pro hâc adstruendâ Sattelsdorffius protulit Scri-
 pturæ

H

pturæ

pturæ Dictavindicanda forent : Quoniam verò de illâ inferiùs in peculiari Capite agendi locus erit , duos ibi , ut in proverbio dicitur , *parietes unâ fideliâ dealbabo.*

S. 23. Ad ultimum denique Sattelsdorffii Argumentum devenio , in quo diversarum colluviem Hæresium congescit , eademque nostram conspurcare Ecclesiam satagit. Verba ejus hæc sunt : Welcher Glaub von allen verdambten Kezeren zusammen geflaube / und auffgeroërmet / das ist ein verfluchter Glaub. Nun aber der Ehrliche ist ein solcher / welcher mit Eunomio dem Kezer sagt / der Mensch werde allein durch den Glauben selig / mit Simone dem Schwarz-Künstler / daß der Mensch keinen freyen Willen habe / mit Vigilantio , daß man die Heiligen nicht sol anruffen / mit Petrobuffano , es sey nur ein Jabel-Wort das Seg-Geuer &c. &c. In Argumento hoc cum circa Majorem , tum circa Minorem nonnulla sunt monenda. *Majorem* limito (1.) Quæcumque Fides fuit omnium Hæreticorum , in *seu reduplicativo consideratorum* illa est detestanda. Sic limitatâ Majore , negatur Minor. Certè non omne , quod docent illi , statim Hæreticum censendum est ; sed , quod docent *Hæretici* , qui sunt Hæretici , *quæ tales.* Lutherani Pontificiis , quæquam injustè , habentur pro Hæreticis ; neque tamen omne , quod Lutherani docent , pro Hæretico dogmate habere possunt , nisi ipsi velint Hæreticorum inscribi catalogo. Docent enim Lutherani , DEUM in essentiâ esse unum , & in personis trinum : Idem docent Pontificii. Statuunt Lutherani , CHRISTUM esse verum DEUM & verum hominem : Idem statuunt Pontificii. Credunt Lutherani futuram carnis resurrectionem & vitam æternam : Credunt etiam Pontificii. Et sic in aliis. (2.) Quæcumque Fides est omnium Hæreticorum verè talium , illa est detestanda. Sic verò iterum negatur Minor. *Eunomium & Simonem Magum* Hæreticos verè tales esse , agnoscimus ; *Vigilantium & Petrum de Bruis* (quem *Petrumbuffanum* minus aptè appellat Sattelsdorffius) non item , uti mox patebit. *Minor Propositio* in probatione deficit. Non enim *omnes* , (quod probandum utique erat

erat



erat, vi Majoris: *Welcher Glaub von allen verdamnten Rechten zu sammen geflaubt &c*) sed *quatuor* saltem adferuntur Hæretici, ex quorum lacunis nostra fingitur deprompta esse doctrina. Cùm verò vel quatuor gemina docere Hæresibus, res sit detestanda maximè, age! singulas, in hoc Argumento prolatas, (reliquas enim, superius adductas, nunc mislas faciam, quia in nullo doctrinæ capite illarum cum doctrinâ nostrâ convenientia à Sattelsdorffio ostenditur) hîc contemplantur, nostramque ab illis diversitatem paucis, demonstrabo.

§. 24. Toto itaque cœlo Lutheranorum doctrina diversa est (1.) ab *Eunomianorum Hæresi*. Hanc quidem ideo, impingere Lutheranis annititur Sattelsdorffius, quòd cum *Eunomio*, sectæ hujus conditore, doceant, *hominem solâ Fide salvari*: Sed unde probabit Sattelsdorffius, docuisse id Eunomium, & dogma hoc in ipso ejusque sequacibus ut Hæreticum ab Orthodoxis Ecclesiæ Doctoribus fuisse notatum atque damnatum? Certè *Basilii M.* qui Eunomii fuit ἀντιχριστος, minimum tres, aut, si duos etiam posteriores, ab Erasmo quidem rejectos, ab aliis tamen, referente *Bellarmino Lib. de Script. Eccles.* Basilio non indignos habitos, addas, *quinque contra Eunomium Libros* elucubravit: Nullibi verò hujus, quem Sattelsdorffio fingere placuit, erroris meminit; sed potius idem illud, quòd hîc ab Antagonistâ nostro pro detestandâ venditatur Hæresi, à Sancto illo Præfule iisdem planè verbis docetur. Sic enim in *Homiliâ de Humilate*, f. 203. b. Edit. Paril. de Anno 1603. scribit: *Nam ea demum perfecta & omnimoda gloriatio est in Deo, quando neque propter suam ipsius quis justitiam exollitur, sed agnoscat, se quidem verâ deserviri justitiâ; verùm solâ in Christum fide justificatum esse.* Et ne quis putet, verba hæc ce magno huic Ecclesiæ Lumini fortè excidisse, aut particulam exclusivam *Solâ*, tot clamoribus in Luthero lapidatam, manu Hæretici cujusdam fuisse insertam; ecce! in margine quòque ad adducta *Basilii M.* verba in dictâ jam Parisiensi Editione appositum legitur: *Solâ Fides justificat.* Aut ergo, Sattelsdorffii, *Basilii M.* fuit Eunomianus, quòd tamen de hoc Eunomianorum malleo non aude-

bis affirmare; aut doctrina illa, quod sola Fide homo iustificetur & salvetur, non est Eunomiana, quia tam celebris primitiva Ecclesiae Patris munita est suffragio. Epiphanius quoque ætate adhuc in vita supererat Eunomius, cuius & nec non Aëtianorum Hæresin, sub Anomæorum, utrisque communi, titulo in Panario suo Hæresi LXXVI, fasè descripsit & confutavit, imò, quid Eunomianis præ Aëtianis peculiare esset, sub finem citatæ Hæreseos perspicuè indicavit: De hoc autem, quem Sattelsdorffius crepat, errore ne quod quidem ibi habetur. Quam accuratè de Eunomianis scripsit Ruffinus Lib. I. Hist. Eccl. c. 25. quam pulchrè horum ab Arianis reliquis, quorum tamen propago erant, & à Macedonianis diversitatem tradidit: Ita, inquit, pestifera illa bestia, quæ per Ariam primò quasi de inferis extulerat caput, subito triformis apparuit: Per Eunomianos, qui dicunt, per omnia dissimilem Filium Patri, quia nullo genere similis possit esse factura factori: Per Arianos qui dicunt, similem quidem posse dici Filium Patri; sed largitate gratiæ, non proprietate nature, in quantum scilicet potest creatori creatura conferri: Per Macedonianos, qui dicunt, similem quidem Filium, per omnia Patri; Sanctum verò Spiritum cum Patre & Filio nihil habere commune: De illo verò, de quo Sattelsdorffius garrit, pestifero dogmate, nec vola, nec vestigium in eo reperitur. Idem dicendum de Socrate, Theodoro, Sozomene, & aliis. Scribit quidem Epiphanius in Anacephalosi LXXX, Hæresium de Eunomianis: Ceterum aberrare aliquem in scortatione aut alio peccato, nihil esse ajunt. Nihil enim querit DEVS, dicunt, quam ut sic quis solùm in ipsorum fide. Quibus consona sunt verba Augustini, à Bellarmino Lib. IV. de Justificat. c. IXX. citata, in quibus de Eunomio: Fertur, inquit, usque adeo fuisse bonis moribus inimicus, ut assereret, quod nihil cuiquam obesse quorumlibet peccatio & perseverantia peccatorum, si hujus, quæ ab illo docebatur, fidei particeps esset. Enimverò tanto intervallo nostra de Fide, sine Bonis Operibus justificante, doctrina ab impiâ hâc Eunomianorum assertionem est diversa, quam longè supremum cælum ab infimâ terrâ distat. Nam Eunomiani (1.) bonis moribus fuerunt inimici: Falsò autem acusantur Nostri, quod Bona Opera prohibeant. Nam scripta co-

rum, quæ extant de decem præceptis, & alia simili argumento, testantur, quòd utiliter doceant de omnibus viæ generibus & officiis, quæ genera viæ, quæ opera in quâlibet vocatione Deo placeant, A, C. p. 15. & 16. Eunomiani (2.) docebant, nihil cuiquam obesse quorumlibet perpetracionem & perseveranciam peccatorum, si solummodò sit in ipsorum fide. Lutherani verò prorsus impossibile esse statuunt, ut in uno eodemque corde simul stare possint vera fides & malum propositum in peccatis perseverandi & progrediendi, falsumque & impium esse censent, docere, quasi aliquis veram fidem, justitiam & salutem habere ac retinere valeat, quavis in peccatis contra conscientiam perseveret. F. C. pag. 702. Eunomiani (3.) ad salutem requirebant fidem, quæ ab ipsis docebatur, adedque falsam: Lutherani verò veram ad justificationem & salutem Fidem exigunt. (II.) Cum Simone Mago jugam Lutheranos trahere, scribit Sattelsdorffius, quia cum illo doceant, hominem nullâ gaudere arbitrii libertate: Alti, Simonem Magum id docuisse, nondum est evictum. Provoocat quidem Bellarminus Lib. IV. de Grat. & Lib. Arb. c. II. X. ad Clementis Rom. Lib. III. Recognitionum, quem Simonem Magum Hereticos notasse dicit, quòd affirmaret, hominem carere libero arbitrio: Verùm quid de Recognitionum Libris habendum sit, obivium satis est. Parùm illis fidei adhibent Epiphanius, Hieronymus, & ex Pontificiis quoque non pauci, qui videri possunt in Gerhardt Patrol. p. 35. seqq. Tentzelii Exercitas. Select. P. II. p. 9. seqq. 67. seqq. 119. & Cocci Censurâ pag. 36. seqq. imò ab ipso Bellarmino Lib. III. de Grat. & Lib. Arbitr. c. III. & Lib. V. c. XXV. nec non in Libro de Scriptor. Eccles. eorum auctoritas valdè in dubium vocatur. Largiar verò, Pseudo-Clementem nihil hâc in parte dedisse fabulis, sed, quod ille refert, Simonem Magum verè docuisse, quòd homo libero arbitrio careat, & quidem, prouti Vincencius Lerinensis, à Dn. D. Ittigio in Diss. de Hæresarchis evâ Apostolici, Sect. I. c. II. §. XI p. 32. citatus, mentem ejus clariùs exposuit, quòd DEUS manibus ipse suis hominum naturam talem creaverit, quæ proprio quodam motu & necessaria voluntatis impulsu nihil aliud possit, nihil aliud velit, nisi peccare: Quâ verò fronte affirmabit Sattelsdorffius, aut Roma-

neam alium; idem in nostris doceri Ecclesiis? Nunquam sanè
 Nostratibus in mentem venit isthac opinio, quòd homo absolute
 & simpliciter nullà polleat libertate arbitrii: Verùm loquuntur
 de homine in statu post; non ante lapsum: non in statu
 gratiæ & regenerationis, multò minùs in statu gloriæ & glorifi-
 cationis; sed in statu peccati & corruptionis considerato. Et de
 homine sic considerato non negant libertatem in rebus rationi sub-
 jectis, quales e.g. sunt, actiones naturales strictè sic dictæ, actio-
 nes morales, Ethicæ, Politicæ, Oeconomicae, actiones etiam sa-
 cræ pædagogicæ, quæ absque motu spirituali sunt; In his enim
 concedunt, inesse homini post lapsum libertatem aliquam, &
 contrarietatis, & contradictionis; Sed negant de homine sic con-
 siderato ante conversionem libertatem in rebus spiritualibus. *Conf.
 A.C. Art. XIII. p. 14. & 15. Apol. A.C. p. 217. seqq. F.Cp. 578. seqq. & 614.
 seqq.* Hanc verò libertatis carentiam circa bonum spirituale & su-
 perioris ordinis nequaquam adscribant divinæ creationi: Sic enim
 DEUM peccati causam statuerent; quòd impium & blasphemum
 dogma disertè rejicitur in *A.C. Art. XIX. p. 15. (II.)* Cum *Vigilan-
 tio* Lutheranos invocationem sanctorum impugnare, jam olim
 tempore exhibitæ Augustanæ Confessionis objectum Nostratibus fu-
 it à Confutationis Augustanæ Confessionis fabricatoribus, idemq;
 nunc saxum volvit Sattelsdorffius: Verùm an Vigilantius quon-
 dam Sanctorum invocationem improbaverit, adhuc sub iudice lis
 est. Negatum illud fuit à Nostratibus in *Apol. A.C. p. 223.* Idem
 ex Pontificiis negavit *Petavius*, adductus in *Disquisit. Historico-Theo-
 logicæ, de Controversiis Hieronymianis posterioribus, Kilonii sub præsidio D.
 Kortbolii habitæ S. XVII. p. 14.* Neque dissentit *Bellarminus*,
 quippe qui *Lib. IV. de Notis Ecclesiæ, c. IX.* Vigilantium docuisse
 docet, *orationes mortuorum pro aliis non exaudiri*, ex quo sepe
 asserit, *frustra Sanctos invocari*. Nimirum varii eo tempore
 circa Martyres irreperant abusus. Nam non nundinationes so-
 lum ad illorum instituebantur sepulcra, quem abusum *Basilius M.*
Vigilantio coævus, in *Libro Regularum fusiùs disputatarum, Inter-
 rogat. XL. f. 415. a. Edit. Paris.* hisce verbis taxavit: *Verumenimvero è
 nec nundinationes ille, quæ ad sepulcra Sanctorum Martyrum celebrantur*
 solita

solite sunt, convenire nobis putande sunt &c. Verum alii quoque; ad alterum extremum delabentes, S. S. Martyrum reliquias, in modico vasculo ab uno loco in alium translatas, & pretioso linteamine circumdatas, adorando osculabantur & osculando adorabant, adeoque sub religionis pretextu vitam Gentilium postliminio quasi introducebant. Hunc abusum, hanc Ethnicam superstitionem, hunc religiosum reliquiarum cultum Vigilantius reprehendebat. Esto verò, ipsum cum Lutheranis ipsi Sanctorum invocationi semet masculè opposuisse; num verò propterea Hæreticorum numero habendus est? Absit! Religio enim Sanctorum invocatio contrariatur Ec. LXIII. 16. Ps. L. 15. Matth. IV. 10. aliisque Scripturæ S. oraculis, quæ solum DEUM in quâcunqve necessitate invocandum esse injungunt. Denique (IV.) Hæreticum, nescio quem, in scenam produxit Sattelsdorffius, cum quo Lutheranis Purgatorium pro figmento haberi asserit. Is Petrus buffanus est, in nullo fortasse probatæ fidei & auctoritatis Scriptore inveniendus, sed fortè cum Ludovici Jacobi à S. Carolo Hæretico, *Articulo Alsmalcaldo, Germano, Lutherano*, uno ordine habendus. Quantum verò ego hariolari possum, ad Petrum de Bruis, à quo Petrus buffani in seculo XII. descenderunt, respexit Sattelsdorffius. Hic verò tamen *ἑμνοκλασίας* accusetur, veramque corporis & sanguinis Christi in S. Coenâ præsentiam negasse dicatur à Petro Ebertz, J. U. D. & Camera Spirensis quondam Advocato, in *Synopsi Analytica Syngammatis Anti-Cingliani, p. 113.* aliorumque gravissimorum errorum ergo combustus tandem fuerit: Videtur tamen ex illorum fuisse numero, quorū non pauci olim injustè Hæreos fuere accusati & damnati. Hinc *Centuriarum Magdeb. Scriptores* non sine causâ in *Cent. XII. cap. V. f. 332. & 333.* de Petro hoc, ejusque *ἑμνοκλασίας* Henrico conjiciunt, fuisse eos *homines non indoctos, neque ab omni pietate alienos, qui, falsas quasdam opiniones & abusus quosdam taxantes, incurverint in odium & reprehensionem eorum, qui vel corripui noluerunt, vel meluerunt, ne amplissimi ipsorum quæstus corruerent & extenuarentur, indeque postea istis monitoribus plura, quàm par erat, afflata esse.* Quorum sententiæ Lucas Oslander in *Epist. Hist. Eccles. Cent. XII. Lib. III. Cap.*

Cap. III. pag. 238. *Flacius in Catal. Test. veritat. f. 348. Recben. in Summar. Hist. Eccles. p. 357. Lairiz in Synopsi Hist. Eccles. N. T. Sec. XII. §. 2. pag. 336. & 372. & ex Calvinianis Hottingerus Hist. Eccles. N. T. P. III. Cap. XII. Sect. V. p. 278. adstipulantur.* Quoniam ergo merito dubitandum sit, an Petrus de Bruis, & ab eo nomen sortiti Petrobrusiani tam pessimi fuerint Hæretici; quàm quidem à Pontificiis depingi consueverunt: Hoc tamen extra omnem dubitationis aleam poni debet, dogma illorum, quòd *purgatorium purum purum figmentum sit*, non esse Hæreticum. Est enim illud Scripturæ S. maximè consentaneum, utpote quæ, quemadmodum inter credentes & incredulos immediatam facit oppositionem; ita quòdque duo tantum, non plura, nec pauciora, ostendit receptacula; in quibus duplici isti hominum generi post mortem æternam vel benè sit, vel malè. Nimirum adscribit illa finaliter credentibus *regnum cælestè*; finaliter verò incredulis *ignem æternum*, Matth. XXV. 34. 41. Illis *æternam vitam*; His *æterna tormenta*, Ibid. v. 46. Illis *suum Abræe*: His *infernum*, Luc. XVI. 22. 23. Illis *æternam salutem*; His *æternam damnationem*, Marc. XVI. 16. Quicquid verò præter & contra Scripturam in rebus fidei statuitur, pro corruptæ rationis figmento merito habendum est.

§. 25. Sic ergo variarum nebulae Hæresium, quas sinceræ nostræ Fidei offundere studuit Sattelsdorffius; DEO adjuvante, feliciter dissipatae sunt: Nunc ordinis monet ratio, ut paucis etiam disquiramus, an *Fides nostra Christi Apostolorumque doctrina sit adversa*? Sattelsdorffius hoc affirmat, idque probare intendit Syllogismo sequenti: Das ist ein falscher und nicht Apostolischer Glaub / welcher ein anderes Evangelium lehret, dan Christus und seine Aposteln. Nun aber das thun die Luthera-ner. Erkläre dieses: Christus hat angefangen die Buß zu predigen / und zu sagen: Thut Buß / dann das Reich der Himmel ist nahend herbey kommen. Matth. 4. v. 17. und S. Petrus: Thut Buß / und laß sich ein jeder tauffen / Act. 2. 38. Also auch Paulus gleich anfangs seiner lehre vermahnet das Volk / daß

daß sie Buß thäten / und sich zu **S O T T** bekehrten / Act.
 6. 20. &c. Luther aber lehret / man bedarff der Buß nicht / sin-
 temahlen Glaub und Buß/ alles ein Ding sey. Glaube nur /
 daß dir die Sünde durch Christum verziehen seyn / so sind sie
 dir verziehen. Die gutte Werck nutzen nichts zur Seeligkeit &c.
 Ergo ist es ein falscher Glaub. Argumentum verò hoc invertere possum,
 hunc in modum: *Quæcumque Fides idem docet, quod Christus ejusque*
Apostoli, illa non est falsa, sed Apostolica verèque Christiana. Atqui Fides
 Lutherana &c. Ergo. Minorem probo, quia Christus & Apostoli, uti ex Di-
 ctis, à Sarelldorffio allatis, prædicarunt pœnitentiam: Idem verò
 Lutherani faciunt, prouti *August. Confess. Art. XII, qui inscribitur: De Pœni-*
tentiâ; Apologia A. C. p. 161. seqq. & Articuli Smalcald. p. 319. Sole clarius re-
 stantur. Quod de Luthero objicitur, illud Lutherus vel planè non docuit,
 vel eo in sensu non docuit, quo à Pontificiis perverse accipitur. Docuisse Lu-
 therum, quòd pœnitentiâ opus non sit, tum demum probabitur, cum demon-
 stratum fuerit, tempore veri Ignatii, qui Scriptor fuit Græcus, Græcis in
 usu fuisse, literas suas verbis hinc, quæ in Pseudo-Ignatii Epistolis reperi-
 untur, obsignare: *Scripti vobis IX. Calendarum Septembris; de quo conf.*
Clementis Orat. de Lect. Patr. p. 749. Edit. Rechenberg. Summario Hist.
Ecclæs. adjacet. Contrarium enim elucet ex *Articulis Smalcaldicis*, loco
 jam adducto, inprimis verò ex p. 326. ubi Lutherus, qui Articulorum
 horum verus atque genuinus Auctor est, expressè disputat contra illos,
 qui dicunt: *Non indigemus pœnitentiâ.* Similiter probari non potest,
 docuisse Lutherum, quòd Fides & Pœnitentiâ unum idemque sint. Fidem
 partem pœnitentiæ esse docuit; Fidem ipsam pœnitentiâ esse non do-
 cuit. Quòd Lutherus docuerit, *Homini, qui firmâ fide Christi meritum*
apprehendit, peccata sua à DEO remitti, grato agnoscimus pectore: Quòd
 verò jussit unumquemque inani persuasione firmè credere, sibi à DEO
 remissa esse peccata, uti Bellarminus *Lib. I. de Pœnitentiâ, c. II.* ejusque
 sequaces doctrinam viri DEI saluberrimam impiè pervertunt; *impostura*
(liceat mihi titulum modò citati Capituli Bellarminiani adhibere) & cras-
sum mendacium est. Denique etiam ingenuè fatemur, Lutheri doctri-
 nam fuisse, quòd *Bona Opera, quælicumque etiam sine, nihil quicquam*
ad salutem æternam, vel consequendam, vel promerendam, vel conservandam,
faciis

faciant : Sed quòd eo ipso omne pietatis ac Bonorum Opèrum studium, ceu simpliciter inutile, rejecerit atqve damnaverit, quam consequentiam è sanâ ejus doctrinâ cudunt perverfissimarum consequentiarum Dædali; evidenti demonstratione indiget. Cerrè quemadmodum malè colligeres: *Opes hujus terre, Sol, Luna, Sidera, ipsi celestes orbes, homini ad æternam salutem consequendam nequeunt esse adjuvamento*; (quicquid etiam dicat *Costerus Lib. III. Christi, Insitue. c. XXI. p. 257.*) Ergo planè sunt inutilia: Sic inepta quoque est collectio: *Bona Opera, ex mente Lutheri, ad vitam æternam nullam habent relationem; Ergo Bona Opera, ex mente Lutheri, planè non sunt utilia. Committitur enim Fallacia à Dicto secundum quid, ad dictum simpliciter.*

§. 26. Colophoni primi hujus Capitis maximam gravissimamque criminationem Satteldorffius reservavit. Neque enim factis illi fuit, doctrinam Lutheranam variarum pestilentissimarum accusare Hæresum, eandemque, ut Christi Apostolorumque doctrinæ maximè advertantem; depingere; Sed nunc quoque *tangvam diabolicam* prorsus eam sistit, ita argumentans: *Das ist ein teuflischer Glaub / der von ihm herrühret / und aus dessen Eingebung ist gestiffet. Nun aber Luther bekennet tom, 6. Germ. Jen. von der Winkel-Mess; daß er im nächstlichen disputiren überwunden sey vom Teuffel / und die Messe für Un-Christlich zu halten sey genöthiger. Ergo. NB. Es ist da nicht allein eine Versuchung gewesen / sondern Lehr des Satans / welcher Luther sich nicht widersetzet / sondern gefolget / und vom Teuffel hat angenommen. Ergo ist sie Teufflisch. Ergo ist das Lutherthum ein Teuffelsthum / darüber wir uns vergebens einsetzen / und dennoch in demselben harndächtig verharren. Hæc cantilena illa est, quam tot jam abhinc annis cecinerunt Papicolæ: Hæc Disputatio illa, quam multis inconditis clamoribus Lutheranis, veluti Gorgonis, caput, objicere nec hodiè desinunt. Opus quidem haud esset, ulteriori illam disquisitioni subicere, cum *Job. Möllerus in Lutero defenso, c. XIV. §. CXXIX. p. 158. & in Defensione Lutheri defensi, c. XIV. p. 346. seqq.* & alii magni nominis Theologi, os Pontificiis jamdudum obturaverint: Ne tamen hoc quoque reliquum maneat, de quo triumphum sine victoriâ canere queat Satteldorffius, & hoc telum manibus ejus eripiam, & Lutheri innocentiam contra iniquissimas Lucifugæ hujus imputationes cum DEO tuebor. Ante omnia verò Textus ipse Lutheri inspiciendus, verbaque ejus cum verbis Sattels-*

Satteldorffii accuratè sunt conferenda, ut judicari quèat, *quòd dixerit
 era lupinis.* Quod dum facio, verbaque Lutheri, quæ *T. VI. Fen.
 Germ. f. 82. b. seqq.* exhibentur, lego atque relego, verba Sattels-
 dorffii ex meris conficta esse mendacii, deprehendo. Verum qui-
 dem est, Lutherum ibi confessionem edere suæ, quæ noctu cum
 Diabolo sibi fuit, Disputationis; ita enim f. 82. b. scribit: *Ich will
 an mir anheben / und für euch heiligen Vätern eine kleine Bricht thun /
 gebet mir eine gute Absolution / die euch selbst nicht schädlich sey.* Ich
 bin einmahl zu Mitternacht aufgewacht / da fieng der Teuffel mit mir in
 meinem Herzen eine solche Disputation an. Sed falsum est (I.)
*Lutherum confiteri, quòd in nocturnâ hæc Disputatione à Diabolo sic su-
 peratus.* Contrarium liquet ex f. 85. a. b. ubi inquit: *Und hie ist
 denn Zeit und Noth Meins und Helfens oben vom Himmel
 herab / da entweder ein Bruder bey dir sey mit einem äußerlichen Wort
 Gottes / oder der Heil. Geist selbst im Herzen mit Erinnerung solcher
 äußerlichen Wort / und spreche: Du hast betandt / und nicht geleug-
 net / der Teuffel hat das Jawort gewonnen / daß du geändiget / und
 billig verdammt seyst / wie Judas.* Aber nun wende dich herum zu
 Christo / wie S. Petrus / und siehe / was er für dich gethan hat. Chri-
 stus hat solch Jawort durch sein Blut wiederumb verdammt und un-
 schicht gemacht / und sol dir nicht schaden. Ausser Christo hätte er wohl
 Recht zu dir: *Aber weil du in Christo bist / und ihn anruffest / so ist solch
 dein Jawort wiederumb zu dein worden und kanst trotz'n und rüh-
 men wider den Teuffel: Bin ich denn ja ein Sünder / so bin ich doch
 ja kein Sünder.* Bin Sünder bin ich in mir selbst ausser Christo:
 Kein Sünder bin ich in Christo / ausser mir selbst. Denn er hat meine
 Sünde verülget durch sein heiliges Blut. Da zweiffel ich nicht an /
 darauß habe ich Tauffe und Absolution und Sacrament / als gewisse
 Siegel und Briefe. *Hæc sanè verba non sunt hominis à Diabolo
 superati; sed Viri, qui infernalem Draconem sanguine agni su-
 peravit. Apoc. XI. n. Falsum est (II.) Lutherum confiteri, quòd
 in Disputatione hæc à Diabolo adictus fuerit, ut sacrificium Missaticum
 pro impij S. Ant. Christiano haberet. Ubi enim in integro illo Libro
 Lutheri hæc de re vel syllaba extat? Et quomodo tum demum Lu-
 therus ad Missam Papæam rejiciendam à Diabolo potuisset adigi, cum
 jam antè illam, tanquam impiam & idololatricam, scriptis publicis*

reprobaverit? Certum quidem tempus, quo ignita tela Diaboli Lutherus fuerit expertus, definire non audeo, quia f. 82. b. indefinite modo scribit: *Ich bin einmahl zu Witternacht auffernacht / da sieng der Teuffel ic. Attamen vel eo ipso anno, quo Liber hinc von der Winkel-Messe und Pfaffen-Wehe lucem publicam aspexit, nempe Anno 1533. vel, si Anno 1507. quo Lutherus in Papatu primam Missam celebravit, addantur anni quindecim, qui Luthero objecti fuerunt à Diabolo f. 82. b. inquit: Höret ihr / Dochgelehrter / wisset ihr auch / daß ihr funffzehn Jahr lang habe fast alle Tage Winkel-Messe gehalten?* Anno 1522. contingit hoc necesse est. Uter verò horum annorum fuerit; tantum tamen abest, ut Lutherus eo primum tempore ad Missam improbandam à Diabolo se induci passus fuerit, ut jam Anno 1520. ex verbo DEI edoctus, eidem semet opposuerit. *Conf. T. I. Jen. Germ. f. 307. b. 332. seqq. 338. seqq.* Quid? quod jam Anno 1516. Missarum impietatem pertrinxit *T. I. Wittenb. Lat. f. 11. b.* Falsum est (III.) actionem Diaboli, à Lutero descriptam, non solum fuisse tentationem; verum etiam informationem. Quòd enim unice Diabolica Tentatio fuerit, patet ex descriptione Tentationis, quam dedit *David Chryseus Comment. in Matth. IV.* quæ ita sonat: *Tentatio est actio Diaboli, quæ vel per suggestionem cogitationum, aut objectionum, vel per vitiose nature inclinationes & affectus, vel per tres secundas, aut adversas, sollicitas & impellit homines ad peccata & calamitates, permittente D & O, ut homines propter impietatem & contumaciam puniantur, aut exploratæ & probatæ eorum fide & constantiâ, coronam vitæ accipiant.* Jam tota, quidem Descriptio hæc ad Lutheri Tentationem applicari nequit, neque etiam omnia & singula, à Magno illo Theologo recensita media in unâquâque Tentatione simul & semel adhibet Satanæ; Sufficit tamen, quòd suggestionem malarum cogitationum, & ad peccata sollicitationem Lutherus passus fuerit. Quòd pravas ipsi cogitationes Diabolus suggererit, ex f. 82. b. clarum est, ubi expresse inquit: *Ich bin einmahl zu Witternacht auffernacht / da sieng der Teuffel mit mir in meinem Herzen eine solche Disputation an ic. Et f. 85. a. Ich sehe wol David im Psalter und die lieben Propheten*

pheren / wie kläglich sie über solche Disputation (qualem nempe expertus fuerat Lutherus) schreyen / und Christus selbst muß (wie wol umb unsern willen) manch bitter Seuffzer und Kengsten lassen herauffahren / durch des Teuffels Jähen und Drängen. Quemadmodum autem David, Propheta & Christus Diabolum habuerunt Tentatorem, non Doctorem; ita quoque Lutherus. Qvòd etiam Diabolus Lutherum ad peccatum, & qvidem ad desperationem, sollicitaverit, id t. 85. a. verba sequentis docent: Mein lieber Bruder / da leugt der Teuffel nicht / wenn er unsre öffentliche böse Werck und Leben uns fürhält. Da hat er zweien Zeugen / die niemand straffen kan / nemlich Gottes Gebot / und unser Gewissen. Nie ist mir nicht möglich Nein zusagen. Sol ich denn Ja sagen / als ich thun muß / so bin ich des Todes und des Teuffels. Aber da leugt er / wenn er darüber mich treibt / ich solle verzweifeln / wie Cain sprach: Meine Sünde sind grösser denn Gottes Gnade. *Falsum est (IV.) Lutherum Diabolo non resistisse.* Restitit enim (1) armis in Papatu sibi consuetis, qvòd sequentia ejus verba t. 82. b. docent: Ich antworre: Bin ich doch ein geweihter Pfaff / habe Ehrejm und Weihe vom Bischoff empfangen / dazu solches alles aus Befehl und Gehorsam gethan: Wie solt ich denn nicht haben gewandelt / weil ich die Wort mit Ernst gesprochen / und mit aller möglichen Andacht Weihe gehalten / das wissestu fürwahr. Et t. 84. b. In dieser Angst und Noth wolt ich den Teuffel von mir weisen / ergreiff den alten Harnisch / so ich im Pabsthum hatte lernen anziehen und führen / scilicet, intentionem & fidem Ecclesie, das ist / Ich hätte solche Weis gehalten im Glauben und in Meynung der Kirchen. Denn ob ich gleich nicht recht glaubete noch meinete / so glaubts und meinet doch die Kirche recht: Darumb müste meine Weihe und Weihe recht seyn. Quo verò sine adeò obtusis armis Satanam repellere conatus tuerit, id t. 83. a. exponit, scribens: Nun / Er (der Teuffel) hatte mich in dieser Disputation ergriffen / und ich wolt ja nicht gern für GOTT ein solchen unzähllichen Hauffen Greuel auff mir lassen / sondern meine Unschuld vertheidigen. Quia verò arma hæcce planè non fuerunt valida ad insultus Diaboli reprimendos, hinc (2.) juxta adhortationem

tationem Apostoli 1. Pet. V. 9. verâ fide eidem restitit; id quod clarè evincunt verba, supra n. I. ex f. 85. recitata. Falsum denique (V.) est, quòd Lutherus doctrinam de abolendâ Missâ à Diabolo eo tempore receperit. Nam supra jam n. II. evicimus, Lutherum aliquot jam annis antè, quàm diabolica hæc Tentatio contingeret, Missam Papæam improbâsse, ejusque impietatem ex divino verbo demonstrâsse. Quæ cum ita se habeant, grande mendacium, imò (ut dicam, quod res est,) enormis blasphemia est, quando Sattelsdorffius suo ultimo primi hujus de Fide Lutheranâ Capitis Syllogismo sequentem dedit Conclusionem: Ergo Lutheranismus est Diabolismus. Cui nihil respondendum esse puto, nisi illud ex Zach. III. 2. Inrepet ea DOMINUS, Satan, imò DOMINUS is increpet!

Errata Extantiora

Pag. 6. lin. 31, & 32. pro: *Unicum*, legatur *Unicam*. P. 10. lin. 10. & 11. pro *specisiml. speciatim*. P. 14. lin. 19. post *provocat* addatur: *ad res consecratas*. P. 17. lin. 17. pro §. 7. l. §. 8. P. 18. lin. 1. pro *POSTERIORI* l. *POSTERIORIS*. P. 19. lin. 1. pro *psam* l. *ipsam*. Ibid. lin. 11. pro ἀποδοχῆς l. ἀποδοχῆ. P. 22. lin. 29. pro *excludit* l. *excludit*. P. 25. lin. 3. pro *virtutum* l. *virtutum*. Ibid. lin. 15. pro *cediderunt* l. *crediderunt*. P. 27. lin. 7. pro *elemosyne* l. *elemosyne*. P. 28. lin. 23. pro *in fontem* l. *in fontem*. P. 31. lin. 14. pro *Ille* l. *Ille*. P. 32. lin. 8. pro *Contrarioirum* l. *Contrariorum*. P. 37. lin. 17. post *Ibid.*, addatur: *in Syllogismo VI. Hoc denique*. P. 38. lin. 2. pro *Percillianistæ* l. *Priscillianistæ*, & pro *Priscillianistæ* l. *Percillianistæ*. P. 39. lin. 19. pro *omnis* l. *onus*. Ibid. lin. 24. pro *organniat* l. *ogganniat*. P. 42. lin. 5. pro *Pranetico* l. *Paranetico*. P. 43. lin. penult. pro *Pates* l. *Patres*. P. 45. lin. 11. pro *strictiſimâ* l. *strictiſimâ*. Ibid. lin. antepenult. pro *Epiphanius* l. *Epiphanius*. P. 48. lin. 24. pro *salis* l. *salis*. P. 51. lin. 31. pro *Jesus* l. *Jesu*. P. 54. lin. 3. pro *copiosæ* l. *copiosæ*. P. 58. lin. 16. pro *sensu* l. *sensu*. Ibid. lin. 17. verbis: *quod docent illi*, addatur: *qui sunt Hæretici*; hæc ipsa verba autem in lin. 18 & 19. deleantur. P. 59. lin. 13. pro *conditore* l. *conditore*.

VI 216

5. + 24. Juli 2:30

23 = 2

39 = t.




vd 18

TR. → 22

VD 17

04. 2007 Sch,





nom
en m
le De
ndam
quae l
e pro
offici
Etum.
plex
ulo V
est, t
n DE
kúpos
voce
est
dius
pellat
uovis
tate q
nore p
Scrip
s in r
hinc
deper
hraf
abs
en K
utut
im ja
temB
iliari
ederi
vide
illiu



B.I.G.

Farbkarte #13

46 Rostock
1704

Q. D. B. V.
LUTHERA-
NISMI DEFENSI
CONTRA
JOANN. SATTELSDORFF,
PAPISTAM LARVATUM,
DISPUTATIO PRIOR,
Quam,
DIVINO FRÉTUS AUXILIO,
CONSENTIENTE MAXIME REVERENDO THEOLO-
GORUM ORDINE,
SUB PRÆSIDIO
RECTORIS MAGNIFICI,
DN. JOHANNIS NICO-
LAI QVISTORPII,
S. S. THEOL. D. & PROF. PUBL. Ædis NICOL.
PASTORIS, ac REV. MINISTERII ROSTO-
CHIENSIS SUPERINTENDENTIS,
DOMINI PATRONI, PRÆCEPTORIS AC IN CHRIS-
STO PATRIS ÆTATEM VENERANDI,
DIE V. MARTII, A. M. DCCIV.
HABENDAM,
PROPONIT
AUCTOR
IMMANUEL *Schibt /*
Colbergâ - Pomeranus.

Rostochij, Ære Joh. Wepplingii, Sereniss. Princ. & Acad. Type

a 22

